MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80540-7

AUTHOR:

RENISCH, PAUL

TITLE:

DE NOMINIBUS GRAECIS
IN LOS TERMINATIS

PLACE:

VRATISLAVIAE

DATE:

1877

Master Negative #
92-80540-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Renisch, Paul, 1853-
De nominibus Graecis in -λος terminatis. Dissertatio...quam scripsit et...defendet Paulus Renisch... Vratislaviae, typis Roberti Nischkowsky 1877.
46 p. $22\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Breslau, 1877.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM


Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.


IN LVMINE TVO VIDEBIMVS LVMEN
SIGILLVM · COLLEGII · COLVMBIAE · NOVI · EBORACI

De nominibus Graecis in -λος terminatis.

Dissertatio
Inauguralis Philologica,
quam scripsit et
amplissimi philosophorum ordinis
consensu et auctoritate
in
alma literarum Universitate Viadrina
ad summos
in philosophia honores
rite capessendos
die VIIII mensis Januarii A. MDCCCLXXVII hora XI
in Aula Leopoldina
publice defendet

Paulus Renisch
Silesius.

Adversariorum partes suscipient:
Rudolfus Jaeckel, Dr. phil.
Paulus Welzel, cand. phil.
Bertholdus Speck, cand. phil.
Rudolfus Degner, cand. phil.

Vratislaviae,
Typis Roberti Nischkowsky.

Riccardo Pischel

sacrum.

De nominibus Graecis in -λος terminatis.

Cum mihi proposuerim in suffixum Graecum -λο inquirere, fieri non potest, quin quae iam ab aliis de ea re prolata sunt, respiciantur atque examinentur. Atque erant, qui hoc suffixum idem atque suffixum -ρο esse affirmarent. Quibus sane concedendum est similitudinem quandam inter utrumque intercedere et dissimilationis, quam dicunt, legem, cuius in hac quaestione nonnumquam ratio erit habenda, effecisse, ut linguae Graecae ingenium modo hanc modo illam terminationem usurparet. Qui vero obiiciant diversitatem illarum terminationum nos offendere non debere, cum notum sit iam in natura liquidarum r et l positum esse, ut altera cum altera facile misceatur, relegentur ad id, quod de ratione earum a viris doctis disputatum est. Riccardus quidem Lepsius in libro, qui inscribitur ‚Ueber die Anordnung und Verwandtschaft des Semitischen, Indischen, Aethiopischen, Alt-Persischen und Alt-Aegyptischen Alphabets, Berolini 1836.' p. 9—12 consonam r ex l originem duxisse contendit exemplisque huius rei probandae ex veteribus et recentioribus linguis prolatis hanc sententiam ponit: ‚Aus dem, was bisher über r gesagt worden ist, scheint mir zu folgern, dass die spätere Hervorbildung des r aus anderen Buchstaben (s, d, n), namentlich aber aus l, eine allgemeine Spracherscheinung ist.' Sed his verbis neminem fere eorum, qui linguarum comparationi operam navaverunt, in suas traxisse partes videtur. Nam quicunque hanc rem attingunt, Pott ‚Etymolog. Forsch.' II[1] 96, Bopp ‚Vergleich. Gramm.' I[2] 35, Lottner ‚Zeitschr. f. vergl. Spr.' VII 19, L. Meyer ‚Vergl. Gramm.' I 69, Christ ‚Griech. Lautlehre' p. 125, Curtius ‚Grundzüge'[4] p. 86 et 441, Schleicher ‚Compendium,' Westphal ‚Griech. Gramm.' I. 1 p. 182. 183, al.,

omnes in ea opinione concinunt literam l demum ex r debilitatam atque emollitam esse. Quid, quod Fickius in libro, qui inscribitur ‚die ehemalige Spracheinheit der Indogermanen Europas‘ Göttingen 1873, ubi ad communem literae l in Europa propagationem indagandam aggreditur, literam l antiquissimae linguae aetati omnino abrogat? Cui adversarius Guil. Heymannus extitit, qui libello ‚das l der indogermanischen Sprachen gehört der indogermanischen Ursprache an‘ Weimar 1873, eam iam primis linguae initiis vindicare studet. Cui Bezzenbergerus se opponit, qui in ‚Kuhns Zeitschr. f. vergl. Spr.‘ XXII 356 ff. Fickii opinioni favet. Sed haec quastio nondum eo processisse videtur, ut certum de ea iudicium facere liceat. Utut autem res se habet, certe non facio cum G. Schneidero, qui in dissertatione de nominibus Graecis in -ρος terminatis conscripta Vratislaviae 1870 nostram quaestionem p. 13 his tantum verbis attigit: ‚Jam quod attinet ad -λο terminationem, satis constat apud viros d. -ρο saepissime debilitatum esse in -λο ita ut -ρο semper sit forma vetustior‘ et nonnullas passim voces in -λος terminatas in enumerandis nominibus in -ρος desinentibus laudat. Nam quamvis a vero non abhorreat nonnumquam literam ρ, quae in radice vocum reperiatur, causam fuisse, cur -ρο suffixi loco suffixum -λο in usum vocaretur, tamen -λο etiam per se ad formationes adhibitum est, quae analogia alterius suffixi -ρο carent; respiciantur, quaeso, adiectiva in -αλέος terminata, e. g. ἀζαλέος, διψαλέος, πειναλέος al., deinde magnus ille numerus nominum in -αλο -αλλο, -ελο -ελλο, -ιλο -ιλλο, -υλο -υλλο formatorum al., de quibus postea.

Nec tamen defuerunt, qui nostro suffixo operam ab illa quaestione separatam navarent. Sic Lobeckius in pathologiae sermonis Graeci prolegomenis dissertationem secundam scripsit ‚de nominibus, quorum characteristica est lambda,‘ ubi nomina in αλ, ελ, ηλ, ιλ, υλ, ολ, ωλ exeuntia eorumque affectiones deinceps disquisitioni subiecit. Atque quis est, qui nesciat, qua ille diligentia, quo studio, qua subtilitate quidquid attigerit etiam ad finem perduxerit? Tamen cum ille nondum illos fructus ex studio linguarum comparativo, quibus nunc uti licet, perceperit, non ita multum emolumenti ex eius tractatione hauriri potest, praesertim cum alia via ac ratione rem instituere animum induxerimus. Deinde Lud. Schwabius librum de deminutivis Graecis et Latinis composuit, in quo eas voces tractavit quae suffixo -λο

formatae deminutionis significationem prae se ferunt. Tum G. Curtius in libello, quo ad memoriam Frid. Aug. Guil. Spohnii celebrandam invitat, prooemium fecit ‚de adiectivis Graecis et Latinis l literae ope formatis‘ Lips. 1870, quo iis, qui accuratius in rem inquirere conentur, auxilio veniret. Novissimis denique temporibus Osthoffii libellus in publicum prodiit, cuius altera pars ‚über -ra -la als instrumentales suffix der indogermanischen sprachen‘ inscripta nonnumquam commentationem nostram iuvit. Praeterea nonnulla nobis ex Kuhnii ‚Zeitschr. f. vergl. Spr.‘ et Curtii studiis exhausta usui fuerunt, quorum suo loco mentio fiet.

Iam si ad rem ipsam nos accingimus, non illud curare debemus, utrum -λο suffixum a stirpe pronominali repetendum sit necne, quae quidem quaestio in natura ac ratione aliorum suffixorum indaganda altercationis inter viros doctos causa facta est; nam stirpem pronominis, quae ullam similitudinem cum nostro suffixo redoleat, omnino non extare cuivis est notum. Nec operae pretium puto veterum grammaticorum de nominibus in -λο formatis praescripta hic afferre. Nam quae Herodianus in sexto libro ‚περὶ καθολικῆς προσῳδίας‘ (ed. Lentz) quaeque Arcadius eum secutus in scripto ‚περὶ τόνων‘ al. de hac re memoriae prodiderunt, prorsus non sunt idonea, quae verae cognitionis viam patefaciant, praesertim cum inter ea, quae radicis sunt, et ea, quae ad suffixum pertinent, discrimen fere nullum fecerint. Multo plus emolumenti ex Pânini, praestantissimi illius quidem apud Indos grammatici, praeceptis percipere licet, quae Benfeyus in libro, quem inscripsit ‚Vollständige Sanskritgrammatik‘ accurate collegit, ubi in tertiae partis, quae verborum derivationem continet, paragraphis 391 (-ala -âla), 399 (-ula -uli -ulu -ûla -elû), 419 (-la), 420 (-ila) terminationes linguae skr. primarias, in paragraphis 596 (-âla -âlû), 616 (-ḷa), 617 (-ila -îla) terminationes secundarias affert. Atque haec quidem via ac ratio etiam nobis sequenda videtur esse, quippe qui cunctam materiam e lingua Graeca huc pertinentem colligere in animo habeamus. Qua in re cum antea quid ad radicem quidque ad suffixum pertineat, certis finibus nos circumscriptum sit, equidem inter duo illa suffixorum genera, quae a grammaticis Indicis Krt et taddhita nominantur, distinctione facta perquisiturus sum, quomodo -λο suffixum cum radice aut stirpe antecedenti coniungatur, ut quid sit etymon quid ad terminationem

pertineat, luculenter pateat. Nam hac quidem via facilius ad veram vocum originem indagandam pervenias, quam qui a priori, ut cum philosophis loquar, eas intueatur. Ac sane nonnulla vocabula, quae pridem huc referebantur, omnino omittenda, alia antea neglecta rursus erunt recipienda. Peregrinas autem voces et eas, quae tenebris obductae a viris doctis nondum in lucem verae cognitionis protractae sunt, silentio praeterire praestat, cum altercationes eorum repetere ac percensere et inutile et longum sit. Praeterea eas quoque voces omittendas esse putavi, quae parvo terminationis discrimine ab aliis demum vocabulis iam suffixo -λο formatis profectae sunt.

A. De nominibus, quae mero suffixo -λο radici apposito formata sunt.

a) Substantiva.

αὐ-λή et αὖ-λις a rad. vas habitare, cf. L. Meyer Vergl. Gramm. I 400, cui etiam Schweizer-Sidler KZ. XI 77 assentitur, quamquam Ahrens KZ. III 165 et Curtius Grdz.[4] p. 573 ad ἀ*F*αὐ (ἰαύω) refert. αὐ-λός quidem certe ad ἀ*F*αὐ vâ flare pertinet et accurate voci skr. vâna litera λ in n mutata respondet. ἀχ-λύς a rad. graecoitalica ak, cuius tenuis ante aspirandi vim liquidae insitam in aspiratam transiit. βδό-λος fetor pro βδόσλος a βδέ-ω basd Fick. Wörtb. 378. βη-λός a rad. βα . γρῦ-λος vel γρύλλος porculus a γρῦ, qui est sonus porcorum, cf. Clemm. Curt. Stud. III 293. βάκ-λα, quod Schol. Ar. Plut. 476 explicat τύμπανα, ξύλα, οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι ut βάκ-τρον a βακ verberare, cf. Pauli KZ. XVIII 15. δα-λός, quo etiam compositum πύρ-δα-λον, quod vocis πύρδανον vice fungitur, referendum est, a rad. δα*F* (δαίω), cuius *F* extinctum causa literae α producendae fuit. δεί-λη a rad. skr. dî fugere, gr. δι-fugere et metuere, neque significat ‚Nachmittag', ut Buttmann., Legerlotz., Christ. putaverunt, sed ‚der fliehende sinkende Tag, der neigende Abend'. cf. Düntzer. KZ. XV 352—358. Quam significationem respiciens Brugmann. Curt. Stud. V 221—226 novam etymologiam protulit et a δύομαι δύνω (δέ*F*-ελος = skr. dû-ra-s abiens) derivavit. δοῦ-λος verisimiliter a δέ-ω, cum etiam in lingua Persica servus dicatur bendeh i. e. gebunden (cf. Pott. Etymolog. Forschungen[1] I 189), quamquam Düntzer. KZ XVI 27 e δόσυλος, skr. dâsa victus repetit, quod cum in Vedis nomen populorum animorumque inimicorum significet, M. Müller. KZ. V 115 etiam

in gr. δεσ-πότης (skr. dâsa-pati), δά-ιος, δή-ιος apparere dicit. δρῖ-λος *lumbricus terrester pro δρῖσ-λος, quod Benf. Wurzellex. II 327 a skr. vrsh rieseln träufeln derivans *F* in β et β in δ (velut ὀβελός et ὀδελός) transisse dicit. εἰσ-πνή-λας non ab ἑσπέσθαι, ut alii fecerunt, sed ab εἰσ-πνέ-ω derivandum est, quod a Lacedaemoniis pro ἐρᾶν dictum est. ἑλ-λά, quod Hesych. voce καθέδρα λάκωνες καὶ Διὸς ἱερὸν ἐν Δωδώνῃ explicat, a rad. ἑδ-, cuius δ ante suffixam -λα in λ est mutatum, lat. sella. ζάγκ-λη et ζάγκλον a rad. ἀγκ (cf. ἀγκ-ύλος), cui ζα i. e. δια est praepositum, cf. Curt. Grdz.[4] p. 606. ζά-λη abstruse ab Eustathio ex duobus vocabulis ζέω et ἅλς componitur, cum explicet παρὰ τὸ ζέειν τὴν ἅλα. Immo suffixum -λα radici ζας, ζες (ζέ-ω) est apposita. ζεύγ-λη vel ζεῦγ-λα (τὸ γὰρ ζεῦγλα εὑρεθὲν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κατὰ ποιητικὴν ἐξουσίαν συνέστειλε τὸ η εἰς α, cf. Herodian. ed. Lentz p. 255) a rad. ζυγ, skr. yug'. ζῆ-λος et ζή-λη non a ζας-ζες-, unde supra ζάλη repetitum est, sed cum Düntzero KZ. XVI 281 propter dor. ζᾶλος, quod ex ζεσ- fieri non potuerit, radix ζα est ponenda, unde ζωός fluxit, ut propria significatio sit vigor, deinde ardor, fervor. θη-λή a rad. θα- θη-, skr. dhâ, lat. fe- (fe-lare, fe-mina). θρῦ-λος vel θρύλλος a rad. θρυ-, skr. dhra, dhar, dhranâmi = sono.*) κάχ-λα quae planta purpurei coloris est (caltha) ab eadem stirpe, quae in κόγχη et κόχλος (de quo postea) latet, manasse videtur, cf. Siegismund. Curt. Stud. V 214. καυ-λός a rad. κυ-, κυ-έ-ω ‚fassen, schwanger sein'. Ad eandem radicem κή-λη (κάλη) hernia, ramex referendum videtur, cf. Fick Wörterb. p. 350.**)***) κόχ-λος Curtium Grdz.[4] 151 secutus pro κόγχ-λος dictum esse et -λο suffixum stirpi κογχ-, quae in voce κόγχη skr. çankha extat, appositum habeam, quam ob rem non cum

*) ***κᾶλον*** et ***κῆλον***, quod fortasse quispiam desideraverit, huc non pertinent, cum illud a rad. ***καλ*** (lat. cel-are, domi-cil-ium) cum Curtio Grdz.[4] p. 139. 148 repetendum sit, hoc fortasse cum eadem radice cohaereat, quae in lat. cel-lere, lit. kál-ti schmieden cerni possit. Fickius quidem Wörterb. 41 ***κῆλον*** a skar, skr. çârî Pfeil, çâra Verderben, kâra Mord derivat, quocum consentit L. Meyer KZ. XIV 91, ut igitur nihil commune cum ***καίειν*** habeat, quippe quod in Il. XII 280 etiam de nivibus usurpetur.

) ***κίγκλος*, quod per syncopen e ***κίγκαλος*** demum ortum est, huc non pertinet, cum ***λ*** ad radicem car- (***λ*** pro r ut saepe) referendum sit, skr. cancalyate = sich rasch bewegen, cara caraka = Bachstelze.

) ***κίχ-λη, dor. ***κιχ-ήλα***, ap. Hesych. etiam ***ἴχ-λα***, ***ἰχ-άλη***, ***ἴσκ-λαι***, fortasse ex ***κίσχλη κίσκλη*** natum est, sed a qua radice profectum sit non constat. cf. Legerlotz KZ. VIII 122. H. Weber KZ. X 255.

Benf. Wurzellex. II 161 fecerim, qui κόγχος litera ν in λ mutata in κόλχος et hoc in κόχλος abiisse judicat. μά-λη ala axilla verisimiliter pro *μάχ-λη a rad. vah *Fαχ*, quamquam Curtius Grdz.[4] 583 transitum literae *F* in μ nisi in perpaucis vocabulis admittere nonvult. Vocabula μαυ-λίς et μαυ-λία ab eo, quod veteres de ὁμοῦ et αὐλίζεσθαι hariolati sunt, prorsus sunt disiungenda et potius cum Benf. Wurz. II 35 a rad. ma- repetenda. μάχ-λος μύκ-λος μύχ-λος Benf. Wurz. I 90 a rad. mah crescere exortum esse dicit, cui etiam Sonnius KZ. X 128 assentitur. Aliter Clemm. Curt. Stud. III 322—325 iudicat, qui neque mah, neque μακ (μάσσω depsere, ut Curtius), sed μα- addito κ determinativo radicem statuit, cui insit notio cupiendi, similiterque rem se habere in vocibus μύκ-λος μύχ-λος, cum Pictet KZ. V 327 has voces ad rad. muh = conturbari animo referat, in qua significatio salacitatis insit. μόχ-λος malus, cuius loco Hes. etiam ὀχ-λεύς praebet, ad rad. skr. vah, gr. *Fε*χ ἐχ referendum esse censeo, quod si probatur, certum habemus exemplum transitus digammatis in μ. cf. Curt. Grdz.[4] p. 583. μῶ-λος, quod Weber KZ. VI 318 cum radice mar- (mori) conjungit, cum Düntzero KZ. XV 366 huc trahendum puto, cum radix sit μα- eniti. ναῦ-λον a ναυ- (ναῦ-ς). νίκ-λον et νείκ-λον, quorum utrumque Hesych. voce λίκνον explicat, vetustiorem radicis formam νικ- (νίκειν. λικμᾶν κρατεῖν Hes.) servavisse Legerlotz KZ. VIII 423—424 evincere studet, cui cum suffixum -νο apponeretur, dissimilationis gratia modo literam ν radicis, modo ν suffixi in λ transiisse, ut praeter νίκλον etiam λίκνον inveniretur. Attamen νίκλον literis ν et λ inter se mutatis ex λίκνον demum profectum esse verisimile est, cum λίκνον sit mystica illa vannus, qua Bacchus infans utebatur, unde etiam Διόνυσος λικνίτης dictus est, quod nobis persuadet, ut λίκνον pro vetustiore forma habeamus, cum haec appellatio iam antiquissimo Bacchi cultui adscribenda sit. cf. Preller. Griech. Mythol.[3] I 565. 590. O. Jahn. ‚Hermes' III 317—326. Quacum rad. λικ- Pictet. non iniuria skr. rik' comparavit, quamquam Buggius Curt. Stud. IV 336 propter lit. nëkóju nëkóti ‚Getreide in einer Mulde schwingen' νεῖκλον pro forma genuina habet. ξύ-λον a ξε- (ξέω). ὀ-μίχ-λη a rad. μιχ-, skr. mih, cui ο similiter est praepositum, atque in ὅ-τλος (rad. ταλ-), ὀ-τρηρός et ὀ-τραλέος (a rad. tar-), ὄ-νειδος (a rad. skr. nind) al. ὅπ-λον cum Benfeyo Wurz. I 287. II 355 ad rad. vap referendum videtur, quae etiam in germ. wâf-an invenitur. ὄχ-λος a Curtio Grdz.[4] 192 radici *Fε*χ, vagh adscri-

bitur et ut skr. vâhinî ‚wogende Menge' vertitur, quam interpretationem Ascoli. KZ. XVII 266 Benfeyi opinioni praeferendam esse negat, qui ‚Menge von (Kriegs-) vehikeln' explicavit, et ipse cum lat. vīlis comparat, quod ex *vēha ($\sqrt{\text{vagh}}$) = ein Wagen voll (vehilis, vīlis) sit exortum, ut ex notione cumulandi vulgus evadat. Quod quamquam non ineleganter excogitatum est, tamen nimis artificiosum videtur. Fortasse λ ad radicem pertinet, cum cret. πόλχος, aeol. ὄλχος, lat. vulgus, skr. varha, germ. Volk dicatur, ut Voretzsch. de inscr. Cret. p. 11 et H. Weber. ‚Jahns Jahrb.' 1863 p. 610 non ita male radicem πελ (πολύς, populus) posuisse videantur. cf. Curt. Grdz.[4] p. 588. παῦ-λα a παυ- (παύ-ω). πτί-λον Curtius Grdz.[4] 210 et Osthoff. Forschgg. I p. 171 pro πέτ-ιλον a rad. πετ pat dictum esse putant. Sed simplicius cum Waltero KZ. XII 386 ex ipsa rad. pta, quae formae pat eadem ratione respondet atque mna- formae man- al., derivarim, cui sententiae exempli gratia etiam χρίω a rad. ghar, πίνω a pa al. favent (cf. postea κτίλος a κτα). Eadem ratione etiam voces πτέ-λας πτε-λέα ex rad. pat pta πτε explicandae sunt. πῶ-λος a rad. pu- gignere, cf. Curtius Grdz.[4] 288, quamvis Zeyss. KZ. XVII λ ad suffixum non referat.*) σμή-λη et σμί-λη a rad. σμα (cf. antea πτίλον a πτα). σπῖ-λος σπί-λος macula a rad. σπι-, cf. Curt. Grdz.[4] 277. στί-λη stilla, ad quod Schol. Aristoph. Vesp. 213 adnotat σημαίνει τὸ ἐλάχιστον (cf. Phot.) pro *στίγ-λη dictum a rad. στιγ- (στίζω) derivatur. στρέβ-λη a στρεβ-. στῦ-λος a στυ-. σχο-λή a rad. σχε- (ἐχ-). τρώγ-λη, quod L. Meyer ‚Goth. Spr.' p. 244 cum goth. thairko ‚foramen' comparavit, a τραγ- (ἔ-τραγ-ον) rodere. τύ-λη τύ-λος a rad. τυ- tumere. ὕλ-λος hydra cur Curtius pro deminutivo vocis ὕδρα ὕδρος habeat, non video; immo eadem ratione per -λος a rad. ὑδ- est formatum atque ὕδρος per -ρος, nisi quod δ et λ in λλ confluxerunt, ut etiam in ἕλλα pro ἑδ-λα vidimus. ὕσκ-λος, ansula pro qua voce etiam ὕσχ-λος, ἴσκ-λος, ἴσχ-λος invenitur, Benfeyus Wurz. I 353 nescio an recte referat ad skr. vaksh, quae primum in *F*οσκ deinde in ὑσκ mutatum sit. φυ-λή et φῦ-λον a rad. φυ. χεῖ-λος et χη-λή a rad. χα, quae in χά-σκω extat. χη-λός autem, quamquam forma cum χη-λή fere congruit, tamen significationis ratione habita a rad. χαδ- (χαν-δάνω)

*) In voce *σκῦλον*, quod Curtius a rad. *σκυ* (*σκευ-ή*) repetit, *λ* radicis videtur esse et cum Passovio a *σκύλλω* est repetendum, ut radix sit *σκFαλ*, *σFαλ*, ex qua et *σκυλ* et *συλ* (*σῦλον συλᾶν*) prodiit, cf. Fröhde KZ. XVIII 261. cf. etiam Corssen ‚Ueber Auspr., Vocalism. etc.' I[2] 525.

descendisse putandum est, ut prior forma fuerit *χαδ-λος. χυ-λός a χυ (χέ-ω).

Quodsi antecedentia obiter computamus, quinquaginta circiter substantiva in lingua Graeca extant, quae mero suffixo -λο ex ipsa radice sunt formata.

Quibus adiungendum est vocabulum ἀνδράχ-λη a stirpe ἀνθρακ-, cuius θ, cum κ ante suffixum -λο in aspiratam χ transiret, media δ facta est, qua explicatione dubitatio Legerlotzii KZ. VIII. 207 sublata est.*)

b) adiectiva.

Iam sequuntur adiectiva, quae unius suffixi -λο ope ex radicibus nata sunt. In quorum numero iam apud Homerum inveniuntur haec: δει-λός a rad. δι-, quae extat in δι-εσθαι, δέ-ος, δεί-δω cf. Düntzer. KZ. XV 352—358, quo in adiectivo discrimen illud respiciatur, quod intercedit inter suffixa -λο et -νο, cum δεινός prorsus contrariam significationem habeat; quam ob rem non ita facilis transitus liquidae λ in ν putandus est atque Buggius KZ. XX 44 sq. existimavit. δῆ-λος quod Curtius e δέελος demum contractum putat, non a rad. δι διF, sed a δα = novisse repetendum videtur quod Düntzer. KZ. XVI 283 fusius explicavit, praesertim cum pateat in noto illo loco Il. X 466 δέελον non idem esse atque δῆλον, sed accusativum vocis δέελος (Hes: δέελος· δεσμός) a δέω √δε √δεσ, qua explicatione etiam opinio Bollenseniana KZ. XIII 206 et Brugmannina Curt. Stud. IV 146 sq. est reiecta. ἔκ-παγ-λος propter suffixum -λο liquidam λ, quae in rad. πλαγ- invenitur, omisit, cuius rei exempla Pottius Etym. Forsch. II 100 affert, velut πύελο- (πλυ-), φύγεθλο- (φλυγ-), βάκελο- (βλακ-) al. cf. etiam Siegismund Curt. Stud. V 216. Non igitur recte iudicant, qui metathesi adhibita λ radicis in suffixum transsiluisse putent. ἐσθ-λός a rad. ἐσ-, de cuius θ ambigitur, utrum evaserit ex τ stirpis ἐστ, quae respondeat skr. sat, ut Kuhn. KZ. IV 30 probat (cf. μάσ-λης μάσ-θ-λης), an inter radicem et suffixum corroborationis gratia interpositum sit. θῆ-λυς artissime cohaeret cum skr. dhâ-ru, quorum utrumque origi-

*) ἐγ-γραυ-λίς (piscis quidam) incertae est originis; fortasse cum voce γραῦ-ς cohaeret, quae praeter vulgarem notionem etiam ‚runzelige Haut‘ et, ‚eine Art Seekrebs‘ significat.

nem duxit a rad. dhâ. κοῖ-λος a rad. κυ-, skr. çvi tumere crescere descendit et ortum videtur ex κοFιλος, quod eo cerlius est, quod aeolice κόϊλος dicitur et M. Schmidt Rhein. Mus. XX 305 probavit ubique apud Homerum legi posse κόϊλος. cf. etiam L. Meyer. KZ. VII 219. 220. κτί-λος profectum videtur a rad. κτι- (εὐ-κτί-με-νος, κτί-ζω), cuius analogon Fick KZ. XX 179 in lingua skr. kshi ‚habitare possidere‘ esse demonstravit. Quocirca difficilior quam verior videtur Curtii (Curt. Stud. VI 425 sq.) opinio, qui ex radice κτα (κτᾶσθαι) substantivum κτα-jo-ς, κτε-jo-ς, κτε-ος et inde suffixo -ιλο adhibito adiectivum κτέ-ιλος κτίλος factum esse statuit. (cf. πτίλον a πτα πτε, νεόγι-λος a γεν skr. jan). νεό-γῑ-λος neque a γάλα neque a γλάγος, sed ut Eustathius, qui id voce νεόγονος explicavit, recte est opinatus, a rad. γεν derivandum est, pro qua etiam γιν extat in γίνομαι (cf. κτίν-υ-μι et κτεν κτείνω), ut primum quidem νεό-γιν-λος, deinde vocali ι propter ν extinctum producta νεό-γῑ-λος dictum sit; atque eiusdem fere originis vox γῖν-ος vel γίν-νος pullus muli ap. Aristot. Hist. anim. 7, 24 et de gen. anim. 2, 8 videtur esse. Aliter Curtius νεό-γι-λος explicavit, qui Stud. VI 425 sq. γῖλος ex ga-ja-la-s (cf. κτίλος) ortum esse vult: τυφ-λός a rad. τυφ (τύφω urere) videtur natum esse, ut proprie significet ‚umnebelt, dunstig, dämmerig,‘ et cum goth. daub-s surdus et dumb-s mutus verisimiliter arte cohaeret, cf. Grassmann KZ. XII 127. 19).*)

Post Homerum haec adiectiva in usu sunt: βέ-βη-λος a rad. βα-, quod e perfecto eadem ratione videtur formatum esse atque subst. κεκρύφ-αλος a perf. st. κέ-κρυφ- (κρυπ-); quamobrem ex Curtii KZ. VI 87 observatione non ita multum emolumenti redundare puto, qui significationem participii praet. act. e substantivis lit. in -eli-s exeuntibus ad adiectiva Gr. ἁμαρτωλός (= qni peccavit), credulus (= qui credidit), bibulus (= qui bibit) et adiectiva Germ. syllaba **ge** ineuntia (**ge**duldig, **ge**frässig) transferre studet. Nam ut omittam ne his quidem adiectivis praesentis temporis significationem deesse, eadem lex ad alias voces suffixo -λο formatas adhiberi vix potest. θραυ-λός a θραυ- (θραύω). σιφ-λός quod Benf. Wurz. I 548 ad rad. σιφ- refert, usitatior

*) χωλός utrum a χα- (χάω χάσκω) profectum sit, an Fickio Wörterb. 69 teste a rad. idg. ghar, skr. jhar, ut forma radicis Graecae primaria χαλ sit, quae in χαλ-άω, χαλ-αρός cernatur, in incerto est relinquendum.

forma est quam σιπαλός, quae semel tantum legitur in versu ignoti poetae, cf. Lob. Prol. p. 140. στρεβ-λός a rad. στρεβ-. στυφ-λός a Benf. Wurz. I 657 fortasse recte a rad. skr. stup repetitur. τραυ-λός ab eodem II 263 a τρυ derivatur, quem sonum ex naturae imitatione in linguam transiisse existimat. φα-λός, cuius a grammaticis solum mentio fit, a rad. bhâ φα, quamvis alii, velut Schöneberg KZ. XX 447 λ ad radicem referant. φαῦ-λος pro φαλϝος dictum esse, quae Fickii Wörterb. 380 est sententia, verisimile non est; immo respiciatur necesse est propriam Atticorum formam φλαῦρος esse, cuius λ, cum suffixi -ρο loco suffixum -λο usurparetur, omnino evanuit, cf. Pott. Etym. Forsch.[1] II 100. Atque Benf. Wurz. I 596 pro fundamento huius vocis radicem φλυ habet, quae proprie significat ‚blasen' et ex notione ‚leicht verwehbar, windig' significationem ‚nichtsnutzig, schlecht' evasisse arbitratur, quod quidem dubitatione non caret. χαῦ-λος (cf. χαυλιόδων ap. Hesiod.) a rad. χα (χά-σκω). ψω-λός non iniuria a Benf. Wurz. I 545 ad rad. sphu ‚schwellen' referri videtur.

Adiectivorum igitur hoc modo formatorum non plus viginti fere extant, quae cum quinquaginta illis substantivis antea laudatis coniuncta numerum septuaginta fere nominum efficiunt, quae simplicis -λο suffixi ope ex radicibus ficta sunt.

Huc accedunt duo adiectiva, quorum alterum ἕω-λος ab ἑώ-ς, alterum ἴω-λος ap. Hes. solum commemoratum ab ἴο-ν profectum videtur.

B. De nominibus primitivis, quae ante suffixum -λο vocales aliaque incrementa praebent.

a) de huiuscemodi substantivis in -αλο formatis.

Iam si nos convertimus ad eas voces, quae suffixo -αλο formatae sunt, ex ipsa radice fluxerunt haec substantiva: ἄγκ-αλος, ἀγκ-άλη, ἀγκ-αλίς a rad. ἀγκ-. αἴθαλος, αἰθ-άλη ab αἰθ-. ἀμ-άλη, cuius loco etiam ἄμ-αλλα invenitur, occasionem exponendi nobis praebet, cur praeter l simplex in compluribus vocabulis etiam duplex inveniatur. Audiendus enim est Consentius de barbarismis 12, qui haec scribit: ‚Lambdacismus vitium in eo est quod eadem littera vel subtilius quibusdam vel pinguius effertur. Nam Graeci subtiliter hunc sonum efferunt; ut enim dicunt ‚ille mihi dixit', sic sonant duo ll primae syllabae, quasi per unum l sermo

ipse consistat'. Atque hoc quidem praeceptum, quo nisus etiam L. Schwabius formarum varietates αλο et αλλο, ελο et ελλο, ιλο et ιλλο, υλο et υλλο pro eodem suffixo recte habuit, ii respiciant necesse est, qui unumquodque vocabulum duplici λ scriptum ex assimilatione literae j suffixi ja cum antecedenti λ explicare conantur. ἀμ-άλη et ἄμ-αλλα igitur a rad. ἀμ- fluxit, quod Osthoff. Forschgg. I p. 29 fusius copiosiusque explicuit; nec placet Curtii opinio, qui Grdz.[4] p. 323 radicem μα ponit, cui α sit praefixum. Atque ex eis, quae supra exposuimus, etiam patebit Mistelii sententiam, qui KZ. XIX 120 ἄμαλλα pro ἀμ-αλ-ja a rad. ϝαλ-αλ dictum esse et cum ἅμιλλα et ὁμιλία arte cohaerere putat, irritam esse, quam certe non protulisset, si alteram formam ἀμάλη respexisset. ἀρκ-άλη, pro quo etiam ἀρκάνη invenitur, a rad. ἀρκ-. ἀ-μυκ-αλαί Hes: αἱ ἀκίδες τῶν βελῶν παρὰ τὸ ἀμύσσειν, a rad. μυκ-, lat. muc-ro cf. Curt. Grdz.[4] p. 536. ἀ-ρύ-β-αλος et ἀ-ρύ-β-αλλος non cum Hes. ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν εἰς αὐτόν explicandum est, sed ex sola rad. ρυ ϝρυ, cui α est praefixum. β autem illud ante suffixum αλο nescio an ex ϝ, obduruerit, cf. βούβαλος (pro βούϝαλος) et skr gavala-s, Curt. Grdz.[4] 471, praesertim cum etiam in πί(ϝ)αλος κεφαλή δυσπέμφελος suffixum ϝαλο ϝελο latere videatur, cf. L. Meyer. Vergl. Gramm. II 236. An hic exemplum habemus eius b, quod dicitur, intercalaris, quod etiam in linguae latinae terminationibus -bula (fa-bula), -bulum (lati-bulum), -bundus (mori-bundus) reperimus, cf. Curt. ‚de adi. Gr. et Lat. l literae ope formatis' Leipz. 1870 p. 10? quamquam ibi Curtius hanc literam, quae ‚cum ad significationem nihil conferre videatur, ex veteris grammaticae ratione vel pleonastica (ut etiam litera τ) vel non sine reconditae cuiusdam sapientiae affectatione corroborandi causa inserta sit', linguae Graecae abrogat. δαμ-άλη δαμ-άλης δαμ-αλίς δάμ-αλος cur Schwabius ‚de demin. Gr. et Lat.' p. 94 pro formis deminutivis habuerit, non video, cum non aliter a rad. δαμ- fluxerint atque ἀγκάλη ἀγκαλίς ἄγκαλος a rad. ἀγκ nec in aliis substantivis suffixo -αλο e radicibus formatis significationem deminutivam reperias.*) κάκ-αλα quod Hes. et Phot. auctoribus ap. Aesch. pro τείχη dictum est,

*) In voce δενδαλίδες (Et. M. ἱεραὶ κριθαί, Hes.: οἱ μὲν ἄνθος τι ἄλλοι τὰς λευκὰς κάχρυς, οἱ δὲ τὰς ἐπτισμένας κριθὰς πρὸ τοῦ φρυγῆναι, οἱ δὲ τὰς ἐκ κριθῶν μάζας γενομένας), utrum -αλ suffixi loco fungatur an ad radicem (fortasse δαλ) pertineat, non patet.

verisimiliter a rad. skr. kac cingere circumdare aliasque cognatarum linguarum analogias attulit Fick. Wörterb. p. 28. κάρταλος, quod rursus iniuria Schwabius p. 187 deminutivum esse statuit, a rad. skr. krt kart = findere secare, cf. Fick. Wört. 36. Siegismund Curt. Stud. V 148. 9). κε-κρύφ-αλος ad perfectorum intensivorum similitudinem natum videtur a rad κρυπ-, cuius tenuis fortasse eiusdem suffixi -*F*αλο vi, quod cum L. Meyero Vergl. Gr. II 236 etiam in κεφ-αλή δυσ-πέμφ-ελος agnoscimus, in aspiratam transmigravit. An vetustiorem radicis formam κρυφ (cf. κρύφα κρυφείς) ponere praestat? cf. Curt Grdz.[4] 517. 518. Certe a κορυφή, quod Lobeckio Path. 90 arridet, non est profectum. cf. etiam Fritzsche Curt. Stud. VI 330. κεφαλή cuius loco etiam κέβ-λη ap. Alexandrinos, κεβ-άλη ap. Hesychium extat, a rad. καπ, quae sincere in skr. kap-âla-s, lat. cap-ut cognoscitur, sed in lingua Graeca digammatis vi in καφ κεφ mutata est, cf. L. Meyer l. l. κίδαλον (κρόμμυον Hes.) a rad. κιδ- σκιδ-, quocum Fick. Wört. 31 voces skr. kandara kandala kadala comparat, quae tuberosas plantas significant.*) κρέμβ-αλον a Fickio recte ex radice Indogermanis communi skarbh, skr. çalbh = sonare repetitur, lat. crep-o. κρούπ-αλα a rad. skrup, cuius loco etiam skulp (cf. sculponeae) extat, cf. Walter KZ. XII 402. κρότ-αλον non pro deminutivo vocis κρότος habendum sed ex ipsa radice kart- derivandum esse Osthoff. Forsch. p. 172. 173 demonstravit. κύνδ-αλος et κυνδ-άλη a rad. skr. kshud, σκυδ cf. Benf. Wurz. I 187.**) λόκ-αλος, quae vox in Aristot. H. A. 2, 17 ciconiam significare videtur, nescio an audacius a rad. λακ (λάσκω ἔ-λακ-ον) repetam, ut prima significatio sit ‚der lärmende, klappernde.‘ μάνδ-αλος a rad. μανδ, in qua claudendi et cingendi notio latere videtur, quod etiam e skr. mand-ira, gr. μάνδ-ρα = stabulum elucet, cf. Lottner. KZ. V 398. cf. etiam Osthoff. Forschgg. I p. 173. μασχάλη fortasse a rad. vah, cui σ eadem ratione insertum est atque in voce fasces a rad. fac. cf. Curt. Grdz.[4] p. 583. μέτ-αλλον a plerisque ex μετ' ἄλλα ortum esse, vel ut Kvičala ‚Ber. d. phil. hist. Classe d. Wien. Acad.‘ 1870 p. 89 explicat, cum ἰ-άλλω cohaerere putatur. Sed non veri dissimile est -αλλο suffixum esse, quod radici με- vel μετ- appositum sit, ut Düntzer.

---

*) *κράμβαλα*, ap. Hes. voce *μνημεῖα* explicatum ad quam radicem referendum sit, prorsus est ignotum.

**) de origine vocum rariorum *κώταλις* et *κώταλος* non satis constat.

KZ. XIII 3 disseruit. νάρ-τ-αλος, ap. Schol. Ar. Vesp. 672 (ed. Bekk.), a rad. snar = torquere texere manavisse et inde etiam νεῦρ-ον ner-vus originem duxisse Legerlotzius KZ. VIII 399 ostendit. νώγ-αλον a radice, quae in lingua Graeca periit, sed a Buggio Curt. Stud. IV. 337 in voce dan. snag-e et norv. snak-a = ‚nach Leckereien suchen‘ reperitur, cum Benf. Wurz. II 57 comparata germ. voce nag-an gna-gan primariam radicis formam κνα κνυ statuat. ξυ-άλη a rad. ξυ (ξε). ὄκ-τ-αλλος a Boeotis Arcadio 54 teste pro ὀφθαλμός usurpatum est, nec tamen vocis ὄκκος hypocoristica forma videtur, ut Schwabius p. 84 putat, sed per se e radice οκ (= οπ) litera τ aucta est formata. ὀρ-τ-αλίς a rad. ὀρ *F*ορ derivatum est, unde etiam ὄρ-νις fluxit. πτύ-αλον a rad. πτυ . ῥόπ-αλον a rad. varp ῥεπ (ῥέπ-ειν), cf. L. Meyer. KZ. XV 6. Osthoff. Forschgg. p. 174.*)**) σκάνδ-αλον non tam a rad. skr. chad = tegere velare, quae Fickii Wört. p. 200 est sententia, quam a rad. skr. skand = scand-ere manavit, cf. Curt. Grdz[4] 166. Osthoff. Forschgg. p. 174. σκύ-β-αλον neque a Suida voce κυσίβαλον = ‚quod canibus obiicitur‘ recte explicatur, neque a Pottio et Savelsbergio, quorum uterque vocem ex σκώρ et βάλλειν compositam est putavit; immo a rad. idg. skyu sku ‚sich ablösen‘ (Fick. Wört. 207) derivandum est, unde etiam skr. çîvara = Fetzen, Lumpen, ad quod σκύβαλον accurate quadrat, nisi quod *F* suffixi in β transiit. σκυτ-άλη σκύτ-αλον, pro quo dorice etiam κουτ-άλη invenitur, non a voce σκῦτος (κύτος) cum Curtio et Lobeckio est derivandum, sed ab ipsa radice σκυτ, quod Osthoff. Forsch. p. 175. 176 Fickium Wört. 209 secutus longiore disputatione monstravit. σπα-τ-άλη a radice σπα (σπά-ω) litera τ aucta descendisse putandum est. στραγγ-άλη a rad. strag strang cf. Osthoff. Forsch. p. 176. ὕ-αλος cuius vice etiam ὕελος fungitur, a rad. su, skr. sûra (= idg. suara), cf. Sonne KZ. XII 359. φι-άλη (ἐκ τοῦ πιεῖν Eust. 561, 15. Et. M.) num a rad. πι repeti

---

*) *σάνδαλον* quod Hemsterhusius Lobeckius Pottius pro *σανίδαλον* dictum esse et a *σανίς-ίδος* fluxisse putaverunt, Schwabius p. 83 vocem Persicam esse demonstravit, quae posterioribus demum temporibus in Graecam linguam recepta sit.

**) *σίαλον σίαλος*, quod Benf. Wurz. I. 412, Kuhnius KZ. IV 24, Ebelius KZ. XIV 40 a rad. *σιF*, skr. shtîv repetunt fortasse radici sil (sli) sjal, ut Curt. Grdz.[4] 375 opinatur, originem debet, quod etiam analogia cognatarum linguarum comparata commendatur. Sed Curtius sibi non constitit, cum p. 708 *σίαλον* pro deminutivo vocis *σῦς* haberet, quod verisimile non videtur.

possit, ut pro πιϜάλη dictum sit, quae Legerlotzii KZ. VII 308 et Christii ‚Grundzüge d. griech. Lautlehre‘ p. 186 erat opinio, Curtius Grdz.[4] 498. 499 non sine iusta causa in dubitationem vocavit; tamen melior explicatio nondum est inventa.

Ex his triginta fere substantivis, quae ex radicibus suffixi -αλο auxilio manaverunt, iam Osthoffius Forsch. I 172—175 ἀμάλη, κρέμβαλον, κρόταλον, μάνδαλος, ῥόπαλον, σκάνδαλον, σκύταλον, στραγγάλη attulit, quae significationem instrumentalem habeant. Huc sex aliae voces accedunt, quae eadem notione uti videntur: ἀρύβαλος = vas, quo hauritur, κάκαλον = murus, quo urbs cingitur, κεκρύφαλος = rete, quo crines conduntur, ξυάλη = culter, quo raditur vel scalpitur, ὄκταλλος = oculus, quo cernitur, φιάλη = patera, qua bibitur. Reliquarum vocum notiones non ita certis finibus circumscribi possunt, sed observandum est deminutionis vim, quam nonnulli iam in iis suspicati sunt, in iis demum nominibus inveniri, quae ab aliis substantivis derivata sunt, de quibus in proximis acturus sum.

aa) de substantivis, quae mero suffixo -αλο ex aliorum stirpibus profecta sunt.

Iam transeuntes nos ad substantiva, quae ab aliis demum suffixi -αλο ope fluxerunt, fallere non potest et -ο et -α (η), nonnumquam etiam -αδ- et ες- stirpium antecedentium explodi, quod ex sequentibus patebit: αἰγίθ-αλλος, αἰγιθ-αλός = parus ab αἰγιθο- repetendum esse Schwabius p. 92 longiore disputatione demonstravit, cum antea ab αἴξ et θάω (capros mulgere, caprimulgus) derivaretur. αἴκαλος non pro καί-καλ-ος dictum est, ut Brugmannus Curt. Stud. VII 214 probare vult, sed cum Curtio Grdz.[4] 668 a rad. ἀκ- repetendum videtur, ut primaria forma ἀκ-ί-αλος habenda sit, quae aut ex inusitata stirpe *ἄκιος fluxit, aut ι eadem ratione insertum praebet, atque in magno illo numero nominum in -ι-αιο-, -ι-διο-ς, -ι-δεο-ς, -ι-δευ-ς, -ι-δη-ς, -ι-κο-ς, -ι-μο-ς, -ι-τη-ς terminatorum cognoscimus, cf. Aly ‚de nominibus ιο suffixi ope formatis‘ Berolini 1873 p. 15—17. Atque eandem terminationem, quae in αἴκαλος extat, etiam in κραιπάλη pro κραπιάλη, ἠπί-αλος, ἠπί-ολος*) observare licet, nisi quod ι terminationis

*) αἰγι-αλός quod plerumque ex ἄγνυμι et ἅλς compositum esse putatur, vel ut Pottio KZ. IX videtur ex αἶγες et ἅλλομαι, nescio an a sola voce αἶγες derivandum sit, ut suffixum -αλο aut ad stirpem αἰγι- (cf. αἰγι-βάτης, αἰγι-θήλας) aut αἰγ- vocali ι similiter atque in ἠπίαλος ἠπίολος al. interposita accesserit.

in αἴκαλος et κραιπάλη in radicem transiit. ἀ-μυγδ-άλη, ἀ-μύγδ-αλον fieri non potest, quin stirpi aliunde incognitae *ἄ-μυγδο- originem debeat. ἄρδ-αλος ab ἄρδα. ἀστράγ-αλος cum Curtio Grdz.[4] p. 209 pro forma deminutiva vocis ὄστρακον habendum est; ad radicem enim as- suffixa τρα et κον accesserunt, quibus etiam tertium -αλο appositum est, ante quod κ in γ abiit, quamquam aliunde exempla talis debilitationis vix afferri possunt. βάτ-αλος a stirpe βατ- (βατ-έ-ω). βαύκ-αλις βαύκ-αλος a βαυκο- (Et. M.: παρὰ τὸ βαυκός). βούβ-αλος pro βούϜαλος, skr. gava-las a βου-ς, cf. Curt. Grdz. 471, ubi elucet β illud e Ϝ fluxisse, nisi forte Förstemanno KZ. I 499 assentiendum est, qui βούβαλος idem esse atque skr. gôpâla dicit, ut bubulus quasi dux et rex boum dictus sit. βύσσαλοι, quod Hes. voce βόθροι explicat, a βυσσό- vel βύσσα-. γύ-αλον a γυῖο-ν· τὸ κοῖλον Schol. A ad Il. XVIII 517, ubi ι omnino evanuit. δαιτ-αλεύς aut a δαιτ-, (δαί(τ)ς) aut a δαίτη. διδάσκ-αλος a stirpe praesentis διδασκ-. δορκ-αλίς a δορκάδ-. δροσ-αλλίς a δρόσο-. ἠπί-αλος fortasse a stirpe perdita *ἤπιο, quae a Benf. Wurz. I 342 non ita male a skr. vêp = tremere derivatur nec placet Goebelii KZ. X 399 explicatio, qui propterea, quod homo febri affectus quasi acus ictum sentiat, radicem ἀπ = ἀκ (acutum esse) ponit, quae etiam in ἠπ-ά-ω ἠπ-ά-ο-μαι = sarcire appareat. θραύπ-αλος (arbor quaedam) num recte huc referatur, vix dicit potest, cum origo parum sit dilucida. θρυ-αλλίς ellychnium a θρύον (θρυο-) profectum est, cum ex iuncis fila candelae parerentur. θύμ-αλλος piscis quidem fortasse a θυματ- (θῦμα) fluxit, cf. Lobeck Prol. p. 94.*) ἰτ-αλός verisimiliter a voce skr. vatsa manavit et accurate vocabulo skr. vatsala respondere videtur, cf. Benf. Wurz. I 303, L. Schwabe p. 94. καρδαμ-άλη a κάρδαμο- (κάρδαμον), ex quo panis ille vel placenta paratus est. καυσαλίς a καῦσο- (καῦσος). κνάφ-αλον κνάφ-αλλον κνέφ-αλον γνάφ-αλον a κναφο-, cf. Curt. Grdz. 524. Fick Wört. p. 405. κνώδ-αλον, quod a veteribus perperam voce ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενον explicatur, a κνώδη · θηρία Hes., cuius radix a Fickio Wört. 201 demum recte ex idg. skand = mordere repeti videtur. κόκκ-αλος nucleus a κόκκο- (κόκκος), cf. Schwabe p. 82. κολο-κόρδ-αλα a comicis ex

*) αὐτο-κάβδαλος, quod falso etiam αὐτο-καύδαλος vel αὐτο-κάνδαλος scribitur, proprie navem aliquam ex tempore aedificatam significat, deinde etiam in enuntiatione: περὶ εὐόγκων αὐτο καβδάλως λέγειν levitatis notionem prae se fert; sed unde fluxerit latet.

κόλον et χορδή ridicule ac contemptim formatum est.*) κορυδ-αλή κορυδ-άλλη κορυδ-αλλός κορυδ-αλλίς a κορυδο- (κόρυδος). κράδ-αλος a κράδη. κραιπ-άλη, quod olim absurde ex κρᾶς et πάλλειν compositum esse cogitabatur, formae κραπ-ιάλη (a *κρά-πιος) vice fungitur, quae etiam Fickii, L. Meyeri, Curtii al. est sententia, quam ob rem Gust. Meyeri opinio improbanda est, qui in libello ‚Die mit nasalen gebildeten praesensstaemme des griechischen' Jena 73 p. 65 vocalem ι radicis esse putat, quae etiam in adj. κραιπνός extet; nam etiam in κραιπνός ι demum ex suffixo in radicem transsiluit (cf. αἴγλη pro ἀγιλη, αἶκλον pro ἀκιλον, αἴκαλος pro ἀκιαλος al).**) κροκάλη a κρόκη, cf. skr. çark-a-râ. κρύστ-αλλος cum Fickio a voce Europaeis communi krusta repetenda est, cuius radix κρυ (κρύ-ος) literis στ crevit (κρυ-στ-αίνω). κύμβ-αλον a κύμβο- (κύμβος). μασθ-αλ(λ)ίς et μαθ-αλλίς ab Eustathio recte a μασθός derivatur, quae vocis μαστός loco usurpatur, ut notio mammarum etiam in poculum sinuosum transierit. μοιχ-αλίς et μοιχ-αλλίς a μοιχο- (μοιχός). μυρτ-αλίς a μυρτο-. νεκύδ-αλλος ap. Aristot. Hist. Anim. 5, 19 verisimiliter a νεκυδό-ν in Anecd. Graec. Bekk. 941, nec adstipulandum videtur Lobeckio Prol. 95, ubi dicit ‚a νέκυς νέκυδος quod non lectum est.' ὀμφ-αλός fortasse a stirpe inusitata *ὀμφο-, quae vocibus skr. nâbhis, lat. umbo, unde umbilicus, germ. naba, unde nabulo, accurate respondet, quorum communis radix habetur nabh ambh, cf. Curtius Grdz.[4] 295; ὀξ-αλίς ab ὄξο-. πάρδ-αλις πάρδ-αλος πόρδ-αλις a πάρδο-, cuius radicem pard πέρδ-ω (pedo) Pottius ‚Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenlands' IV 1, 23 statuit. cf. etiam Schwabe p. 94. πάσσ-αλος quod Eust. p. 1358, 63 ἐκ τοῦ πήσσω πλεονασμῷ της αλ συλλαβῆς falso explicat, a stirpe *παγιο-, rad. παγ-, cuius γ et ι in σσ coaluerunt. πυρ-αλίς πυρρ-αλίς πυρ-αλλίς aut a πυρ- (πῦρ) aut a πυρα-. ῥάκ-αλον, quamquam Hes. voce ῥόπα-λον explicat, tamen, si omnino recte sese habet, a ῥάκος (st. ῥακες-) tantum derivari potest. σεμιδ-αλίς Benf. Wurz. I 424 ex skr. samitâ oriundum esse dicit, cui lat. simila (fortasse pro simidla) respondeat. σκάφ-αλος, quod Hes. vocabulo ἀντλητήρ explicat, a σκάφος, (st.

*) *κονίσαλος* et *κονίσσαλος* non a stirpe *κονι-* litera σ adaucta, cui *αλο* appositum sit, fluxisse videtur, sed ex *κονι-* et rad. sal = sval compositum est, cuius *F* causa fuit literae σ geminandae.

**) *κραπαταλός*, *κραπαταλλός* num huc referendum sit, dubium est, cum etymologia prorsus sit incognita.

σκαφες-). στρόφ-αλος a στροφή vel στρό-φος (στροφο-). συκ-αλίς συκ-αλλίς a συκο-. τραφ-αλίς τραφ-αλλίς τραφ-αλός τροφ-αλίς τροφ-αλλίς non iam a τρέφειν γάλα deducendum est, sed a τροφή. τρόχμ-αλος fortasse a stirpe inusitata *τροχμο-*). τρωξ-αλλίς a stirpe τρωγ- litera σ adaucta, quam etiam in τρῶξις, τρώξιμος, τρώξανον invenimus. Atque σ illud non ut praeter veteres grammaticos etiam Goebelio placuit, futuri temporis significationem exhibet, sed ut Curtius ‚de nom. form' p. 17 et W. Clemm. ‚de comp. Graec., quae a verbis incipiunt' explicaverunt, ex stirpe aoristi sigmatici, qui dicitur, explicandum est, quae nonnumquam ad nomina formanda in usum vocata est. cf. ἀνίψαλος ἴξαλος, φυξηλίς, παυσωλή, de quibus infra. φέψ-αλος, pro quo etiam φέψελος ionice dictum esse vetera lexica testantur, a *φέψα, rad. spha. φύσ-αλος φυσ-αλίς φυσ-αλλίς verisimiliter a φῦσα. χρυσ-αλλίς a χρυσο-. ψάκ-αλον a ψακαδ-. Atque haec quidem sexaginta fere substantiva, quae suffixi -αλο ope ab aliorum stirpibus profecta sunt, plerumque sane deminutionis notionem prae se ferunt, quae quamvis non semper sit propria (gr. μείωσις), tamen saepius blanda (ὑποκορισμός), passim etiam contemptim usurpata (καταφρόνησις, dici potest, ut Schwabius in libello iam saepius laudato copiosius exposuit.

α) De adiectivis mero suffixo -*αλο* formatis.

ἀκ-αλός et ἤκαλος quietus placidus iam in Et. M. recte ab ἦκα τὸ ἠρέμα (rad. *Fεκ* *Fακ*, skr. vaç) derivatur. ἀ-μάνδ-αλος deletus obliteratus obscurus plerumque pro ἀ-μάλδ-αλος dictum esse et λ radicis mard = conterere (r = λ) dissimilationis gratia ante suff. -αλο in ν transiisse putatur, cf. Curt. Stud. VII 355. Fick. Wört. p. 150; sed fortasse ἀ-μάνδ-αλος a subst. μάνδ-αλος (de quo supra) nihil differt, nisi quod α intensivum, quod dicitur, praecessit. ἀν-ίσχ-αλος quod Et. M. vocabulis ἄτοκον ἢ ἀνήμελκτον ἢ ἀθήλαστον explicat, verisimiliter a verbo ἔχ-ω ἴσχ-ω. ἀν-ίψ-αλος illaesus in Et. M. recte παρὰ τὸ ἵπ-τ-ω derivatur, in quo σ illud, quod cum π radicis coniunctum ψ effecit, rursus ut in τρωξαλλίς al. explicandum est. ἁπ-αλός tener mollis non plane infacete a Doederlino Hom. Gloss. 343 ab ὀπ-ός suc-us repetitur,

*) L. Meyer. Vergl. Gr. II. 618 in hac voce suffixum mala mara agnoscit, quod cum suff. mant eadem ratione cohaereat atque vala vara cum vant.

ut primaria significatio sit ‚saftig,' quamquam Curtius Grdz.[4] 458. 527 radicem huius vocis nondum inventam esse fatetur. ἀτάσθαλος perniciosus improbus in Et. M. παρὰ τὸ ἀτῶ τὸ βλάπτω, ὡς αἴθω αἴθαλος καὶ δαίω δαίδαλος (!) οὕτως καὶ παρὰ τὸ ἀτῶ ἀτάζω ἀτάζαλος καὶ τροπῇ τοῦ ζ εἰς σθ ἀτάσθαλος derivatur, quae fortasse melior est explicatio, quam Benfeyi Wurz. I. 50, qui radicem ἀτ bis positum (ἀτ + ατ) novumque incrementum ϑ additum esse statuit (ἀτατϑ), ante quod τ in σ abierit. δί-αλος manifestus perspicuus, quod ex Hesychii formis διάλας et διάλον est eliciendum, non ex διάδηλος corruptum est, quam sententiam Schmidtius ipse in KZ. XII 221 irritam iudicavit, neque cret. vel boeot. pro δέαλον, quod Hes. suo loco praebet, dictum videtur, sed a δῖος (rad. δι δι*F*) formatum esse apparet. ἴξ-αλος*) impetuosus, salax a skr. vig' repetendum (ἀΐσσω, ἀ*F*ίσσω) et eodem sensu atque αἰγι-βάτης et συῶν ἐπιβήτωρ dictum videtur. Cui quidem opinioni non solum ille locus in Anth. Pal. 9, 99:

ἴξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις

favet, verum etiam nom. propr. Fauni insculptum typo Alban. Mus. Pioclem. t. 3. p. 54 (c) Ἴξαλος, i. e. Faunus salax, libidinosus. κραδ-αλός vibratilis, qui facile concutitur a κραδ-ά-ω κραδ-αίνω. μεγ-αλο- a st. μεγα- (rad. magh, μεγ), a quo non alienum gothicum mik-ila-s. νύστ-αλος, pro quo Hes. etiam νυσταλέος, praebet, somnolentus a rad. νυ (νεύ-ω), quae incremento στ adaucta est, quod etiam verbum νυστάζω ostendit. νύκτ-αλος ap. Suid. idem atque νύστ-αλος sui iuris videtur esse, a st. νυκτ-, praesertim cum nonnullae voces velut νυκταλ-ωπία, νυκτάλ-ωψ ex ea manaverint. ὁμ-αλός et ὁμ-αλής ab ὁμο-, ut etiam Hes. explicat: ὁμαλεῖς· ὁμοῦ, ubi fortasse pro ὁμαλεῖς scribendum est ἁμαλῶς.

*) Düntzer KZ. XIII 19–22 reiectis prioribus de hac voce halucinationibus aut radicem ικ (lat. ic-ere), cui simile suffixum atque in καυσαλίς, κονίσσαλος (!) sit appositum, aut *F*ικ, germ. wech (weich) ponit, quam sententiam eo magis sustinet, quod in Od. ξ 50 ἰονθάδος ἀγρίου αἰγός loco Iliadis Δ 105 ἰξάλου αἰγὸς ἀγρίου oppositum esse videatur, atque etiam ἰξός = viscum et ἰξύς inguina, quae ab eadem stirpe formata sint, significationem mollitiei prae se ferant. — Ad eandem vocem pertinent nonnulla vocabula, quae in aliis dialectis aliter pronuntiantur, velut ἴσκλα aeol., ἰξαλῆ (αἰγὸς δορά Hes.) ion.-att., ἰτθέλα boeot., ἰττέλη, ἰσσέλα, ἰσσέλη, ἰσάλη, ἰσαλῆ, cf. Schmidt KZ. XII 219. Savelsberg KZ. XVI 70. — Prorsus aliter Brugmannus Curt. Stud. VII 343 ἴξαλος pro κί-σκαλο-ς a rad. k'ar repetit et comparat skr. k'araka (= qui celeriter currit, = servus). Sed neque Düntzeri neque Brugmanni opinio probanda videtur.

ῥαδ-αλός, ῥοδ-αλός, ῥο-δανός variae formae unius vocis, quarum causa est varietas lectionis in Il. XVIII 576, ubi plerumque legitur:

πὰρ ποταμὸν κελάδοντα, παρὰ ῥοδανὸν δονακῆα.

Sed rectius fortasse ῥαδαλός sese habet, praesertim cum in Et. M. legamus: ῥαδαλὸν δονακῆα, οὕτω Ζηνόδοτος. Ἀρίσταρχος δὲ ῥαδηλόν (quod certe corruptum est, cum metro repugnet). ῥαδαλὸν δὲ ἀκουστέον τὸ εὐκράδαντον καὶ εὐδιάσειστον. Cum igitur Aristarchi, locupletissimi illius quidem in tali quaestione testis, lectio desit, Zenodoti ῥαδαλός recipiam, cuius radicem vrad ‚biegsam, nachgiebig sein' Sonnius KZ. XII 367 e Nir. V 15 repetit. cf. etiam Düntzer ‚de Zenodoti studiis Hom.' Gotting 48, p. 139. σίγ-αλος quod in voce νεο-σίγ-αλος ap. Pind. Ol. III 4 extat ibique a schol. voce νεοποίκιλος explicatur, aeque atque σιγ-αλόεις a σίαλος, σίαλον videtur disiungendum esse, cum illic ι productum, hic correptum appareat, quod neque Lobeckius Prol. p. 341 neque Curtius Grdz.[4] 599 respexerunt, cum utramque vocem (σίαλος et σιγαλόεις) eiusdem originis esse statuerent. Quamquam concedendum est meliorem explicationem vocabulorum νεοσίγαλος et σιγαλόεις nondum extare. Nam Savelsbergii et Düntzerii KZ. XIII 18 opinio, qui syllabam σι ex ἀτι vel ἀσι (skr. ati) natam arbitrantur, teneri non potest, cum eadem illa observatio neglecta sit. σιπ-αλός impurus deformis semel tantum legitur in versu ignoti cuiusdam poetae, quem Et. M. affert:

ἀλλὰ σὺ μὲν σιπαλός τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔφηλος.

Eust. quidem σιφλός ex σιπαλός συγκοπῇ καὶ τροπῇ ortum dicit, sed iniuria, cum σιπαλός uno tantum loco ap. Anonym., σιφλός saepius ap. Alexandrinos legi doceat Lobeckius Prol. p. 140. cf. σιφ-λός. στραβ-αλός tortus tortuosus a στραβό-ς. συβ-αλής, ex quo ὑβ-αλλήν in Anecd. Graec. Bekk. 1426 mutilatum videtur, a σῦ-ς, nec tamen illud βα ex rad. φα = videri, similem esse cum Benf. Wurz. I 413 explicaverim neque etiam pro eodem β habuerim, quae in σύμβρος (κάπρος Hes.) extat (cf. Lob. Prol. p. 92), cum hoc β nisi pronuntiationis gratia insertum sit, ut in μέμβλωκα, sed ex digammate eadem ratione obduruisse videtur atque in ἀρύβαλος βούβαλος σκύβαλον vidimus. τριβαλός non falsa lectio pro τριβακός videtur (Schol. Theocr. 7, 17), sed sui iuris est, a τριβ- vel τριβο-. τροχ-αλός a τροχο-. ὑπερφί-αλος, ut pristinorum nugas de eius etymologia prolatas omittam, Buttmannus derivat ab ὑπερφυής, cum Lobeckius Path. 91 ab ὑπέρβιος repetat; sed deductio a

rad. φυ (ὑπερ-φυ-ής, ὑπέρ-φευ Aesch.) verisimilior videtur, praesertim cum mutatio υ in ι non prorsus inusitata sit. cf. Curt. Grdz.[4] p. 708. χθαμ-αλός et χαμ-αλός a χαμα-, cf. Grassmann KZ. XII 94. 95.

In quibus quidem omnibus fere viginti adiectivis eadem significatio inest, quam Gust. Müllerus in libello ‚de linguae latinae deminutivis' Lipsiae 1865 conscripto p. 60 in adiectivis Latinis suffixo -ulus terminatis inesse demonstravit, quae ‚indulgere aliquem alicui actioni' significare probavit, quod eo probabilius fit, cum etiam terminatio -αλο latinae -ulu accuratissime respondeat, cf. Curtius ‚de adi. Gr. et Lat. l literae ope formatis' Lips. 1870. p. 5 sq.

b) de substantivis mero suffixo -ελο terminatis.

Priusquam ad enumerandas huiusmodi voces aggrediar, liceat mihi profiteri me dissentire cum Grassmanno KZ. XI 26 sqq. et aliis, qui substantiva in -ελλα terminata ex -ελjα demum profecta esse putant. Immo substantiva in -ελλα exeuntia (cf. ἄελλα θύελλα μάκελλα πάτελλα) a vocibus in -έλη desinentibus nihil fere differunt (cf. θυμέλη κυψέλη νεφέλη πιμέλη φιέλη), praesertim cum μάκελλα et μακέλη nullo discrimine intercedente invicem usurpentur. Atque eandem necessitudinem inter -αλη et -αλλα intercedere, iam s. v. ἄμαλλα (ἀμάλη) est demonstratum (cf. etiam -ιλλα, -υλλα), quam ob rem praeceptum illud de liquidae l pronuntiatione in mentem revocavisse sufficiat. Ceterum quod non iam inter substantiva, quae dicuntur, primitiva et derivata discrimen fecimus, neminem offendat, cum duo tantum extent, quae fortasse derivata dici possunt, ἀσφόδελος et δρύψελα (τά), quamvis ne de iis quidem satis constet. Reliqua fere viginti et forma et significatione non multum a substantivis suffixi -αλο ope e radicibus formatis distant, siquidem praeter ὕαλος φιάλη πτύαλον σίαλον μύαλος al. etiam ὕελος φιέλη πτύελον σίελον μύελος sine ullo discrime extant. Hic autem est eorum numerus: ἄγγ-ελος ab ang (= ire) derivandum videtur, siquidem cum skr. angiras paene congruit, quamquam Böthlingk-Roth ‚Petersb. Wörterb.' s. v. angiras certam derivationem adhuc deesse confitentur cf. etiam Schweizer KZ. III 357. ἀγ-έλη*) a rad. ἀγ- (ἄγειν), quae etiam

*) Aliter Legerlotzius KZ. VIII 120 vocem ἀγέλη a rad. γερ-, cui α intensivum praepositum sit, repetit (cf. ἀ-γείρ-ω, ἀ-γυρ-ίς). Sed certe Brugmanno Curt. Stud. VII 349 non est adstipulandum, qui ex rad. reduplicata gar-gar natam eam esse vult.

L. Meyeri aliorumque est sententia. ἄ-ελλα a rad. ἀF (ἄημι), cuius F altera illa forma αὔελλα (Ahrens dial. Dor. 36) observare licet. ἀσφόδ-ελος, cuius etymologia obscura est, fortasse a Benf. Wurz. I 558 recte a skr. âsphôta = ‚Jasmin' derivatur, cuius rad. sphu notionem tumendi habeat. ἄμπ-ελος, quamquam a Sonnio KZ. XII 365 ex ἀνα et πέλω, a Pottio ‚Etym. Forsch.' I 120 ex ἀμφι et Fελ et ab eodem KZ. VI 276 ex ἀμφι et πέλομαι compositum esse putatur, tamen non iniuria a Buggio KZ. XX 50 cum lat. pampinus comparatur, ut stirps ponenda sit παμπ-, cuius prius π evanuit ut ὀπ-τός et πεπ-τός, cf. etiam L. Meyer. KZ. VIII 140. 141. βάκ-ελος (βάκηλος) a rad. βλακ, cuius λ ut iam in voce φλαῦρος et φαῦλος al. vidimus, propter insequens suffixum periit. δείκ-ελον (δείκηλον) a rad δικ (δεικ-). δρύψ-ελον, quod nisi lexicis non traditur (παρὰ τὸ δρύψαι ὅ ἐστι λεπίσαι) verisimiliter a stirpe δρυψο-, quae etiam in δρυψο-γέρων, δρυψό-παις extat. δίκ-ελλα non ex δι et κέλλα compositum est, quod pridem putabatur, sed suffixo -ελλα adhibito (cf. ἄ-ελλα θύ-ελλα μάκ-ελλα) a rad. δικ- profectum est, quae in δίσκος, δίκτυον (τὸ βαλλόμενον εἰς τὴν θάλασσαν, δικεῖν = βαλεῖν ῥῖψαι) apparet. cf. Legerlotz KZ. VIII 396. ἔγχ-ελυς a rad. ἀχ ἀγχ. sed cur pro deminutivo habendum sit, quae Curtii Grdz.[4] 193 est sententia, non video, cum suffixum -ελο ipsum significationem deminutionis non exhibeat, sed ja -ιο illud, quod ei apponitur (-ελλιο-), cf. κρικέλλιον σακέλλιον μαργέλλιον, φλαβέλλιον πατέλλιον φλαγέλλιον (φραγέλλιον), ‚quae plerumque Graeci a Latinis demum mutuati sunt.' cf. Schwabe p. 62. θύ-ελλα a rad. θυ-, skr. dhû. θυμ-έλη a stirpe θυμ, rad. θυ-. κύπ-ελλον κύφ-ελλον κυψ-έλη, in quibus omnibus inest significatio cavi et vacui, cum skr. çvabh-ra = antrum eiusdem radicis videntur esse cf. Fick. Wört. p. 53. cf. etiam Zeyss. KZ. XIX 176. μάκ-ελλα μακ-έλη falso Pottius, Benf., Ahrens. ex μία et κέλλα (ut olim δίκελλα ex δι et κέλλα) natum esse probare student. Immo ut ἄελλα θύελλα al. a rad. μακ- ortum est, quae etiam in μάχ-αιρα mac-tare al. cernitur, quod eo certius est, cum etiam μακέλη extet, quod ut νεφ-έλη θυμ-έλη a rad. μακ- formatum est, cf. L. Meyer KZ. VIII 140. 141. νεφ-έλη a νεφ- atque eiusdem iuris est atque νέφος, propterea pro deminutivo haberi non debet, quasi significet ‚parva nubes', ut Schwabius p. 39 probare vult*). ὄφ-ελος certe hic omitti non debet.

*) ὀβελός, cuius etymologiam obscuram esse Curt. Grdz.[4] 476 confitetur, plerumque a βαλ derivatur, cui ο sit praepositum (ut ὀ-κέλλω, ὀ-δύρομαι).

Pottius quidem et Benf. a φελ, cui o sit praepositum, derivant; attamen vox ὠφέλιμος nobis viam demonstrare censeo, quam ingredi necesse sit; ὠ enim nusquam praefixum invenitur, immo ad radicem pertinet, quae in ἄφ-ενος ὀμπ-νη, skr. ap-nas, lat. op-s, op-ulentus, op-imus (cf. Corssen ‚Beitr. z. ital. Sprachkunde' p. 147) latere videtur. πάτ-ελλα a πατ- (πατ-έ-ομαι). πιμ-έλη ab opimus, quocum plerumque conferebatur, prorsus est disiungendum, cum op-imus plane alia condicione uti Corssen l. l. p. 147 docuerit, cf. Curt. Grdz.[4] 276. μ autem aut eodem munere fungitur, atque μ in θυ-μ-έλη aut pro *F* (cf. πι(*F*)αλο) positum est. cf. Curt. Grdz.[4] 582. πύ-ελος pro πλύ-ελος videtur dictum esse ut βάκ-ελος pro βλάκελος, a rad. πλυ-. σκόπ-ελος a rad. σκεπ-σκοπ-. φάκ-ελος Benfeyus pro φάδ-σκ-ελος habet, quod latino fasces (fad + sc) respondeat, ut rad. sit bandh = ligare, cum simplicius Lottnerus KZ. VII 172 stirpem fac ponat, quae etiam in lat. fascis fascia appareat, nisi quod s ut in disco-didici insertum est.

β) De adiectivis in -*ελο* formatis.

Adiectivorum novem mero suffixo -ελο fictorum hic est ordo: δαβ-ελός, quod Hes. voce δαλός explicat, a rad. δα*F*, cuius *F* β factum est (cf. ἀρύβαλος βούβαλος al.). δεί-ελος potissimum propter εὐ-δεί-ελος hic affero, quod non idem est atque εὔδηλος, cum e δᾶλος δῆλος fieri non possit εὐδείελος, sed ex εὐ et δείελος (vesper, cf. δείλη) compositum est, ut significet ‚abendschön' cf. Düntzer. KZ. XII 10, XV 352—358, XVI 283. Bollensen. KZ. XIII 206. εἴκ-ελος ab εἰκ- (εἴκ-ω). θέσκ-ελος cum Pottio ex θεο-ίσκελος contractum putem (θεο- + ἴσκ-ω), quamvis Roediger. KZ. XVI 160 reiectis et hac et Boppii opinionibus, qui θεό-σκ-ελος primariam formam statuit, priorem vocis partem θεσ esse velit (θε dhâ cum suff. ες), quae etiam in θείκελος (Ar. Lys. 1252) pro θεσ-ίκελος appareat. εὐ-ηπ-ελής verisimiliter a rad. ἀπ-, quae etiam in ἄφ-ενος, lat. op-s, op-timus, op-imus, op-ulentus al. latet, cf.

Sed fortasse *β* in *ὀβελός* et *δ* in *ὀδελός* (dor.) gutturalis loco funguntur (cf. Curt. Grdz.[4] 476), ut radix sit ak = acutum esse, cui opinioni non solum ksl. igla, litt. yla = Nadel Pfriem, boruss. ayculo i. e. aikula ac-us (Fick), sed etiam significatio paululum favent. Sed non abhorruerim a Rothii KZ. XIX 218. 219 coniectura, qui *ὀβελός* ex skr. svaru (palus assula) explicat, ut *ὀFελός* primaria forma sit, quae voci *ὀβελός* similiter respondeat, atque *ἀFέλιος* formae cret. *ἀβέλιος*.

Düntzer. KZ. VIII 18. νωχ-ελός et νωχ-ελής, pro quo etiam νωχαλός et νωχαλής inveniuntur, Doederlinus derivat a νη + ὠκ-ύς = non celer i. e. tardus, alii a νη + ὀκέλλω vel νω (= νη) + κέλλω, quod etiam Et. M. docet his: νωχελής· ὁ νωθρός καὶ ἀσθενής καὶ δυσκίνητος κατὰ τροπὴν τοῦ κ εἰς χ, νωκελής τις ὤν, ὁ ἐστερημένος τοῦ κέλλειν. κέλλειν δέ ἐστι τὸ ταχέως τρέχειν, ὅθεν καὶ κέλης, ὁ μονόζυξ ἵππος καὶ δρομικός. Aliam viam Benf. Wurz. II 185 ingreditur, qui a νῶκ-αρ = somnus repetit (κνώσσειν dormire), cum Düntzerus KZ. XII 25 ab ὀχελός quodam, quod ut ἐχυρός et ὀχυρός roboris notionem prae se ferat, profectum esse putet. Sed cum Clemmio Curt. Stud. III 322 sqq. Doederlini opinio probabilissima habenda est, et tenuis κ fortasse digammatis vi (suff. *F*ελο cf. L. Meyer ‚Vergl. Gramm.' II 236) in aspiratam χ transiit. πέμπ-ελος quocum etiam δυσ-πέμφ-ελος pro δυσ-πέμπ-*F*ελος (cf. L. Meyer. ‚Vergl. Gramm.' II 236) conferendum est, verisimiliter a πεμπ-, quae etiam veterum erat explicatio (πέμπεσθαι εἰς Ἄιδου), cum πέμπελος plerumque a poetis de senibus usurparetur*). ῥάκ-ελος, quod Hesych. memoriae prodit, fortasse a ῥακες- (ῥάκος). στροβ-ελός a στροβ- (στραβ-, στρεβ-, cf. στραβ-αλός, στρεβ-λός, στροβ-ηλός, στροβ-ιλός). στρυφ-ελός, quod voci στυφ-λός eadem ratione respondet atque σιπ-αλός voci σιφ-λός, nisi quod στυφελός et στυφλός promiscue iam apud tragicos extat a skr. stup = trudere cf. Fick Wört. p. 213. τημ-ελής et α privativo praeposito ἀ-τημ-ελής non cum Doederlino pro ἀ-μελής (μελ) habendum est, sed a rad. ταμ- fluxit, cf. Clemm. Curt. Stud. VIII 87. τραπ-ελός a τραπ, skr. trap (cf. trpala hastig unruhig).

Quibus quidem adiectivis animi inclinationem, facultatem, potestatem significari, non alienum a vero videtur. cf. Curt. ‚de adi. etc.' p. 7.

*) Aliter Fritzschius Curt. Stud. VI 316 et Brugmann. Curt. Stud. VII 323 iudicaverunt, qui propterea, quod Hes. *πέμπελον* voce *στωμύλον*, *λάλον* explicat, ad rad. par = stridere referunt, quae etiam in similibus vocibus ex cognatis linguis petitis appareat. cf. etiam L. Meyer ‚Vergl. Gramm.' I p. 421.

Lob. Prol. p. 105 vero *πέμπελος* cum *πελός πολιός παλαιός* comparat et pro *δυσπέμφελος* ‚cum sive de homine dicatur moroso et cui vix satis fieri possit, sive de mari impetuoso' alios secutos *δυσπάμφαλος* (*δυστάραχος*, *δυσκίνητος*, a *φάω* i. q. *παιφάσσω*) legi vult, quam lectionem etiam coniectura se assequi putat, cum in Orph. H. XVIII 13 pro *θάλασσα παμφανόωσα* proponat *παμφαλόωσα* i. e. *κυματόεσσα*.

c) Substantiva in -ηλο desinentia.

Substantiva suffixo -ηλο formata accurate respondent sanscriticis, quae in âla exeunt, quandoquidem literae sanscriticae â munere in lingua Graeca et η et ω fungi notum est. In quo observandum est in illis viginti fere nominibus tria tantum extare, quae ab aliis demum derivata sunt: γαμφήλη, ἐρυγμήλη κεράμβηλος. Reliqua ex ipsa radice formata videntur. Ordo est hic: ἀνθ-ήλη ab ἀνθ-. ἄρβ-ηλος ab ἀρβ-. βάκ-ηλος et δείκ-ηλον una cum βάκ-ελος et δείκ-ελον invenitur, quorum utra sit genuina forma, difficile est diiudicatu. γαμφ-ηλή quod in plurali numero (γαμφηλαί) sive de leone (Il. N 200, Π 489) sive de equo (Il. Ι 394) iam ap. Homer. usurpatur, fortasse a γαμφαί (γαμφη-), quamquam hoc nisi recentioribus temporibus non debetur. cf. Kuhn. in KZ. I 128, ubi falso etiam χήλη huic formandi generi adnumeratur. ἑρπ-ήλη ab ἑρπ-. ἐρυγμ-ήλη ab ἐρυγμο-, nisi forte cum epitheton raphani sit, femininum adiectivi ἐρύγμηλος est. θυ-ηλή a θυ-. κάπ-ηλος a καπ-. κεράμβ-ηλον (Hes.) ‚bestiola scarabaeo similis, quae ficui arbori circumligata voce sua culices abigit' (Steph.) nescio an a κέραμβο- profectum sit. κύβ-ηλις (ὁ πέλυξ Arcad. p. 31) a κυβ-, quod fortasse cum κοπ- in κόπτω cohaeret.*) μύηλα, quod Hes. explicat vocibus σάρξ τις ἐπαίρουσα τὴν γαστέρα fortasse nihil aliud est nisi μυελός. ξυ-ήλη a ξυ. στράβ-ηλος a στραβ- (= στρεβ στροβ). συ-ῆλαι (τόπος βορώδης Hes.) a συ-. τράχ-ηλος a τραχ-, quod cum τρεχ- (τρέχειν) cohaerere videtur, ut τράχηλος proprie agilitatis notionem prae se ferat, cf. Curt. Grdz.[4] p. 196 et Curt. Stud. Ia 257. τροπ-ηλίς vel τροπαλίς a τροπ (= τρεπ). τρυ-ήλα πρυ-ηλίς verisimiliter a τρυ (τρύ-ω). φάσ-ηλος num recte a rad. φαγ- derivetur, dubitatione non caret. cf. Curt. Grdz.[4] p. 299.

γ) Adiectiva in -ηλο exeuntia.

Suffixum -ηλο etiam propterea in usum vocatum est, ut adiectiva formentur, quae qualitatem quandam sive homini sive rei inhaerentem exprimant. Quorum quidem circiter triginta quinque

*) κωβήλη quod a veteribus grammaticis idem atque συνουσία esse affirmatur, Hesychio teste etiam acum significat, unde eiusdem Hesychii testimonio κωβελίνη dicta est puella, quae acu victum quaeritat. Sed origo incerta est.

adiectivorum cum maxima pars optimae Graecitatis sit propria et triens fere iam apud Homerum inveniatur, nonnulla etiam recentioribus demum temporibus illorum analogiam secuta sunt. Atque ea erat formandi ratio, ut -ηλός stirpibus nominalibus (non verbalibus)*) apponeretur, quae syllabarum exeuntium -α -η -ο -ες al. iacturam fecerunt. Quatuor autem adiectiva ἀ-ΐδ-ηλος ἀ-σύφ-ηλος ἔκ-ηλος πέτ-ηλος a radicibus profecta sunt, quod etiam accentu in antepaenultima, ut cum grammaticis loquar, posito indicatur. Ordo est hic: ἀ-εργ-ηλός ab ἀεργο- (ἀεργός.). ἀ-ΐδ-ηλος a rad. Fιδ-, cui α privativum est praepositum, cf. Clemm. Curt. Stud. p. 74. αἰσχυντ-ηλός vocabulum recentius ab αἰσχυντηρ- formatum. ἀπατ-ηλός ab ἀπατη-. ἀ-σύφ-ηλος oppositum est voci σαφ-ής, quorum communis radix putanda est sap, nisi quod in voce ἀ-σύφ-ηλος α in υ (aeol.) transiit, quod etiam in σύφ-αξ, συφ-ακίζειν, σέ-συφ-ος ab eadem radice oriundis apparet. cf. Curt. Grdz.[4] p. 458. Fritzsche Curt. Stud. VI 324. Clemm. Curt. Stud. VIII 74. ἀ-τυζ-ηλός a verbo ἀτύζ-ω sane fictum videtur, sed. ap. Apoll. Rhod. demum invenitur. γυμν-ηλός a γυμνο- (γυμνός). δημ-εχθ-ηλός (Hes.) a δημ-εχθες- (δημ-εχθής). διψ-ηλός a διψα-. ἔκ-ηλος (Fέκ-ηλος), aeol. εὔκ-ηλος a rad. ἑκ- Fεκ-, skr. vaç = velle cupere (cf. Fick. Wört. p. 177.). ἐρυγ-ηλός ab ἐρυγη-. ἐρυγμ-ηλός ab ἐρυγμο- (ἐρυγμός) vel ἐρυγματ- (ἔρυγμα), quorum alterutrum, quamquam illud ap. Aristot. et Theophr. demum, hoc ap. Hippocr. invenitur, iam Homeri temporibus extitisse putandum est, cum ἐρυγμ-ηλός Il. XVIII 580 legatur. Quamobrem Herodiano Schol. Il. XVIII 580 non assentiar, qui ἐρύγμηλος scribendum esse censet, praesertim cum Tyrannio grammaticus dissuadeat, cf. Lob. Prol. p. 108. ἐρίσχ-ηλος. λοίδορος Et. M. num recte ab ἐρίζω a veteribus derivetur, in dubio est. ἰάμβ-ηλος quod Hes. tradit et voce λοιδορητικός explicat, verisimiliter cum Arcad. p. 57, 10 ἰαμβύλος scribendum est. ἴτ-ηλος quod veterum lexicorum auctoritate ap. Aesch. frg. 32 pro ἔμμονος usurpatum esse dicitur et voce οὐκ ἐξίτηλος explicatur, verisimiliter ab ἰτη- (ἴτης); sed fortasse, si omnino vox recte se habet, ἰτηλός acuta ultima scribendum est, cuius accentus in ἐξ-ίτ-ηλος et ἀν-εξ-ίτ-ηλος propter compositionem in antepaenultimam transiit. καπν-ηλός a καπνο- (καπνός).

*) A stirpibus verbalibus propterea profecta esse non possunt, quod verba nonnumquam omnino non extant, unde ea derivare liceat, cf. ἀεργ-ηλός ὑψ-ηλός χαμ-ηλός al.

κίβδ-ηλος utrum a κίβδη demum fluxerit, quod nisi veteribns lexicis non traditur, an sui iuris sit, non satis constat: Fickius vero (Wört. p. 43) radicem habet kip = ,bohren, schlagen, Metall bearbeiten', cum Clemmius Curt. Stud. III p. 325—28 καπ- vel σκαπ- statuat, ex qua suffixo ja addito κιπ-jη κιβ-δη manaverit. κρύβδ-ηλος a Timaeo demum in lexico Platonico comparata voce κίβδ-ηλος fictum est. κρυβ-ηλός quod vetera lexica exhibent, eadem ratione in dubitationem vocandum est, praesertim cum nisi a verbo inusitato *κρύβω (pro κρύπτω) repeti non possit. μιμ-ηλός a μιμο-. (μῖμος). μωμ-ηλός a μωμο- (μῶμος). νοσ-ηλός a νοσο- (νόσος). ὀρθ-ηλός (ap. Strab. 12, 7, 3) ab ὀρθο- (ὀρθός). πέτ-ηλος dor. πέτ-αλος a πετα-, quamquam Curtius Grdz.[4] 210. 211 -λο solum pro suffixo habere videtur, quod stirpi πετα- accesserit. ῥιγ-ηλός a ῥιγες- (ῥῖγος). σιγ-ηλός a σιγη-. σιωπ-ηλός a σιωπη-. σκωπτ-ηλός a σκωπτη- (σκώπτης). τρυφ-ηλός a τρυφη-. τρυχ-ηλός a τρυχες- (τρῦχος). ὑδρ-ηλός verisimiliter a stirpe ὑδρο-, quae in permultis compositis cerni potest. ὑπν-ηλός ab ὑπνο- (ὕπνος). ὑψ-ηλός ab ὑψες- (ὕψος). φυζ-ηλός a φυζα- (φύζα = φυγή). χαμ-ηλός a χαμα- (loc. χαμα-ί). Quorum in numero etiam φύξ-ηλις referendum videtur, quod ap. Hom. Il. XVII 143 (φύξηλιν ἐόντα) invenitur. Neque ut Schol. A. Il. XVII 143 dicit παράγωγον ἀπὸ τοῦ φύξω est, siquidem φύξω non legitur, sed a stirpe φυξι- (φύξις), cuius ι ante suffixum elisum est, profectum videtur.

d) Substantiva in -ιλο terminata.

Iam cum in eo simus, ut nomina in -ιλο desinentia afferamus, in omnibus fere triginta deminutionis significationem inesse observare licet. Quod non solum in eas voces cadit, quae ab aliis demum derivatae terminatione -ίλος utuntur, verum etiam, quae a radicibus profectae in -ῖλη -ιλλα -ῖλος exeunt. Tantumque abest, ut ea ex ιλjο nata sint, ut comparatis sanskriticis jatîla dhamanîla pârshnîla (cf. Benf. Vollständ. Skrgramm. § 617 sqq.) merum suffixum exhibeant, quacum opinione comparentur, quae de -αλο -αλλο -ελο -ελλο supra dicta sunt. αἴγλη pro ἀγ-ιλη, ubi ι suffixi in radicem transsiluit, skr. ag-nis, lat. ig-nis, cf. Curt. Grdz.[4] 143. 668. Aliter Brugmannus Curt. Stud. VII 311 sentit, qui αἴγλη pro γαγίλη ex rad. gar gal (splendere) ortum esse putat. Sed neque haec neque Savelsbergii et Düntzeri KZ. XIII 18 opiniones placent, qui αἴγλη ex ἀσι (pro

ἀτι = valde) et γάλη compositum esse statuunt, cum haec interpretatio nimis a vero videatur abducere. Rectum etiam Legerlotzius KZ. VIII p. 397 agnovit, cf. etiam Clemm. Curt. Stud. VIII p. 37. αἴκλοι · αἱ γωνίαι τοῦ βέλους (Hes.) pro ἀκ-ιλοι a rad. ἀκ, ut αἰχμή pro ἀκ-ι-μη. αἶκλον pro ἀκ-ιλον a rad. aç (edere). αἴγ-ιλος ap. Theocr. 5, 128 herba quaedam fortasse cum αἴξ (st. αἰγ-) cohaeret. ἅμ-ιλλα hic posuerim comparata analogia vocum ἄργ-ιλλα ἄσ-ιλλα ἕρπ-ιλλα, ab ἅμα, cui quidem sententiae etiam Grassmannus KZ. XI 26 assentiri videtur.*) ἄργ-ῖλος ἄργ-ιλλος ἄργ-ιλλα ab ἀργο- (ἀργός). ἄρκ-ιλος ab ἄρκτος vel ἄρκος (st. ἀρκ(τ)ο-), cf. Curt. Grdz.[4] 132, quod. Eust. 1535, 16 confirmat dicens: ἄρκιλοι τὰ τῶν ἄρκτων νέογνα. ἄσ-ιλλα probabiliter a skr. amsa, nisi quod nasalis evanuit. ἕρπ-ιλλα i. q. ἑρπ-ήλη ab ἑρπ-. κον-ίλη herba quaedam fortasse cum κάννα (κάνη) cohaeret. κότ-ιλον, quod ap. Hes. legitur: κόθημα ἐπὶ τοῦ αἰδοίου καὶ κότιλον ὁμοίως, et ap. eundem κοτίλλιον· αἰδοῖον ἀνδρός num recte a Legerlotzio KV. VII 240 a rad. chath (?) = coire (unde κά-σις) repetatur dubium est. μεσπ-ίλη μέσπ-ιλον litera ι et correpta et producta unde manaverit, nescitur. μυστ-ίλη fortasse melius μιστ-ύλη scribitur. ναυτ-ίλος a ναύτη- (ναύτης). ὅμ-ῖλος mea quidem sententia ab ὁμο- (ὁμός) (ἅμα, skr. sama) eadem ratione atque ἅμ-ιλλα natum est, cui sententiae etiam Grassmann. KZ. XI 26 patrocinari videtur (cf. ἄργ-ῖλος πέδ-ῖλον), quamquam plerumque ut ἅμιλλα ex ὁμ- (ἅμα) et ἴλη compositum esse putatur. cf. Curt. Grdz.[4] 539. Walter KZ. XII 413 al. ὀπ-τ-ίλος, quod laconice pro ὀφθαλμός dicitur, eadem ratione atque ὄκ-τ-αλλος a rad. ὀπ- (= ὀκ) litera t adaucta profectum est, neque opus videtur, ut ex primario ὀκF primum ὀπF, deinde ὀπj, denique ὀπτ factum esse coniiciamus. cf. Kuhn KZ. XI 319. ὀρχ-ίλος fortasse ab ὀρχι- (ὄρχις). πέδ-ῖλον a πεδ-. πραδ-ίλη et πεπραδ-ίλη (quae reduplicata forma cum κε-κρύφ-αλος βέ-βη-λος conferatur) a πραδ (πραδ-εῖν infinitivus metathesi affectus aoristi ἔπαρδον (πέρδω), cf. Siegismund Curt. Stud. V 171. Quo etiam πέπριλος (ἰχθύς Hes.) referendum videtur, quod quin ex πεπράδιλος correptum sit, fieri non potest. πομπ-ίλος a πομπο- (πομπός). ποντ-ίλος a ποντο- (πόντος).

*) Alii aliter de hac voce iudicaverunt. Sic Walter. KZ. XII 413 eam ex ἁ (= sa) et μιλλα (skr. malla pugil, μαρ-ναμαι), Mistelius KZ XVII 177 ex ἅμα et ἴλη (ἁμ-ιλ-jα) compositam esse animum inducunt, qui num recte senserint, in dubio relinquitur.

σμαρ-ίλη et σ omisso μαρ-ίλη a σμελ- σμαρ- (μέλ-ας). σπατ-ίλη fortasse a σκατ- (σκώρ σκατός), ubi κ in π transmigravit. στρόβ-ῑλος a στροβ- vel στροβο- (στρόβος). σχοιν-ίλος si omnino recte sese habet, a σχοινο- (σχοῖνος). τροχ-ίλος a τροχο- (τροχός). φάγ-ιλος probabiliter a φαγ- (φαγεῖν). φρυγ-ίλος a φρυγ- (φρύγω). φυσικ-ίλλος ap. Ath. IV 139 a, quod fortasse ut ποντίλος τροχίλος al. simplici λ scribendum est, a φυσικο- (φυσικός). χαρίλα verisimiliter dor. pro χαρίλη (ut πραδίλη σμαρίλη σπατίλη al.) a χαρ- vel χαρα- (χαρά). χοιρ-ίλος a χοιρο- (χοῖρος). χονδρ-ίλος a χονδρο- (χόνδρος).

Quo in loco breviter etiam magnus ille numerus nominum propriorum commemoretur, velut Ἄρχιλλος, Κόδιλλα, Κύριλλος, Μέγιλλα, Μέγιλλος, Μύριλλα, Πέριλλος, Πράξιλλα, Πράστιλλος, Πτώϊλλος, Πύθιλλα, Σόφιλλος, Τελέσιλλα, Χάριλλος. Quae ut e -λαος contracta sint (e. g. Χάριλλος e Χαρίλαος), quemadmodum Pottius KZ. VII 330 existimavit, tantum abest, ut a stirpe suffixo -ιλο -ιλλο -ιλλα addito manaverint, praesertim cum in omnibus hypocoristica quaedam vis insit. Neque etiam duplicatam illam liquidam ex assimilatione literae j, quod sit insigne feminini generis, cum λ antecedenti explicare placet, quemadmodum Mistelius KZ. XIX 115 indicavit, sed ex grammatici illius, quem supra attuli, de pronuntiatione liquidae λ praecepto, praesertim cum praeter duplex λ etiam simplex inveniatur (cf. Θυμίλος Πενθίλος Πυστίλος Τρωῖλος al. cf. Pape ‚Eigennamen'). Quamobrem suffixum ja tum demum auxilio vocandum est, ubi in formis -ιλλιο (-υλλιο) patet, quas certe nemo ex duobus suffixis (-ιλjjo) explicabit. Iam vero etiam Fickius ‚Die griechischen Personennamen' Gotting. 1874 p. L et LI pluribus de hac quaestione disputavit, ubi postquam analogiam linguae sanscriticae laudavit, quae et ex priore et ex posteriore parte nominum compositorum per ila (post u et r per la) et per ala voces hypocoristicas fingat, singulas Graecae linguae formas in -ιλος -ιλλος (-υλος -υλλος) exeuntes enumerat. In quo reduplicationem illam liquidae λ aliarumque consonarum in etymologia positam esse negans ex correpta forma hypocoristica repetendum esse statuit, quae cum iacturam alterius partis compositi fecerit, adminiculum quoddam requirat.

δ) Adiectiva in -ιλο desinentia.

Adiectiva suffixo -ιλο terminata significare videntur ‚propensum esse ad aliquid' vel ‚indulgere alicui rei' quod his octo demonstretur: δαψ-ιλός a δαπ- (δάπ-τω, δαπ-άνη), ubi rursus σ illud animadvertere licet, quod aoristi stirpi deberi iam supra exposuimus. Quod etiam in δεισ-ιλός extat, quod Hes. voce δει-λός explicat. κορυπτ-ίλος a κορυπτ- (κορύπτω). κωτ-ίλος non tam cum κοπ- (κόπτω) cohaerere videtur, quamquam inde κόπις (garrulus blatero) fluxit, quam cum rad. idg. kat (crepare), unde skr. katth, katthate ‚viel Lärm machen, prahlen, rühmen', cf. Fick Wört. p. 29. Curt. Grdz.[4] 153. μύτ-ιλος quod ap. Hes. invenitur, melius μίτ-υλος scribitur, quae forma meram radicem exhibeat, cf. Curt. Grdz.[4] 708. ξύσ-ιλος (ap. Sophron. in Et. M.) aut a ξυσι- (ξύσις) aut a stirpe aoristi sigmatici ξυς- (ξύ-ω). ὀργίλος ab ὀργη-. ποικίλος a rad. idg. pik, skr. piç (piçâmi) et adiectivo skr. peçala accurate respondet. cf. Curt. Grdz.[4] 164. στροβ-ιλός a στροβο- (στρόβος).

e) de substantivis in -υλο terminatis.

Iam vero transeamus ad quadraginta fere illa substantiva suffixo -υλο formata, quae omnia deminutionis significationem prae se ferunt: ἀκανθ-υλλίς ab ἀκανθιδ- (ἀκανθίς). ἄκ-υλος a rad. aç (edere), quo etiam μιμ-άκ-υλον (μιμαίκυλον) pertinere videtur. ἀρβ-ύλη verisimiliter a rad. arp. (cf. ἁβ-ρός et ἁπ-αλός), cuius loco etiam ἄρμ-υλα · ὑποδήματα (Hes.) in dialecto cypr. invenitur, quod M. Schmidt KZ. IX 301. 367 non in ἀρβύλαι corrigendum, sed ἀρμύλα· ὑπόδημά τι scribendum censet; quodsi Schol. Theocr. 7, 26 ἀρβύλη ab ἁρμόζω repetit, fortasse vocem ἄρμυλα in animo habuit. ἀρκτ-ύλος ab ἀρκτο- (ἄρκτος). ἀτρακτ-υλίς ἀτρακτ-υλλίς ab ἀτρακτο- (ἄτρακτος). βαίτ-υλος quod vetera lexica memoriae produnt, incerta utitur origine, quod idem dicendum est de βατ-ύλη. βάκχ-υλος, quod Athen. III 111 d ἄρτον σποδίτην esse dicit probabiliter a Βακχο- (Βάκχος) derivatum est. βήρ-υλλος unde fluxerit non constat. βομβ-υλίς βομβ-ύλη non cum Brugmanno Curt. Stud. VII 326 a bar (?) derivem, sed a βομβο- (βόμβος), cf. Fick. Wört. p. 1035. Aliter Walter KZ. XII 416 βομ-βυλ-ιδ comparat cum lat. bulla, germ. quell-an, rad. jval (flagrare). γηθ-υλλίς γήθ-υλλις a γηθυο- (γήθυον), skr. gandû ‚Knoten, Knolle'. cf. Fick. Wört. p. 58. γρωθ-ύλος (Hes.) a voce idg. gardha, quam

Fick. Wört. p. 61 statuit, quacum zend. geredha ‚Höhle‘, ksl. grad-ŭ ‚Mauer, Hürde, Stadt, Haus‘, goth. gairda-s comparat. δάκτ-υλος a rad. dax capere (δακ), cui τ corroborationis gratia appositum est. Quae quidem Legerlotzii KZ. VIII 398 opinio, quae etiam glossa Hes. λόβαι· χεῖρες (a λαβεῖν) non parum fulcitur, praeferenda videtur ceteris de hac voce prolatis*). ἐρίθ-υλος verisimiliter a st. ἐ-ρυθ (ἐρυθ-ρός), ubi observandum est υ radicis propter insequens suffixum dissimilationis gratia in ι transiisse, (cf. φι-τύω a rad. φυ, ψίθ-υρο-ς et ψύθ-ος al. Curt. Grdz.[4] p. 708). ἑρπ-ύλλη ἕρπ-υλλος ἑρπ-υλλίς ab ἑρπ- (ἕρπω) vel ἑρπυδ- (ἑρπύδjω, ἑρπύζω). ἐρωτ-ύλος ab ἐρωτ- (ἔρως). κανδ-ύλη κάνδ-υλος fortasse a κανδυ- (κάνδυς). κανθ-ύλη quod Aesch. frgm. 202 (Dind.) exhibetur (Hes. κανθύλας· τὰς ἀνοιδήσεις. Αἴσχυλος Σαλαμινίαις) corruptum videtur, cum origo prorsus obscura sit, et fortasse idem est atque κορδ-ύλη, quandoquidem utrique voci tumoris significatio inhaeret. κηρ-ύλος, pro quo Aristoph. Av. 299. 300 κείρ-υλος per ludibrium a significatione verbi κείρω mutuatus dixit, verisimiliter a car (currere), cf. Brugm. Curt. Stud. IV 117. κογχ-ύλη a κόγχη-. κόνδ-υλος a κονδο- (κόνδος). κορδ-ύλη cf. σκορδ-ύλη. κορθ-ύλος a κορθυ- (κορθύω κορθύνω). κοτ-ύλη κότ-υλος a rad. kat, cf. Fick Wört. p. 31. κρωβ-ύλος Fickii sententia a rad. idg. karp vel karb, quae metathesi adhibita et vocali producta krâb facta sit. ματρ-ύλη ματρ-ύλλη vel plenius μαστρύλη a μαστρο-. ματύλλη (Poll. 6, 70) verisimiliter a ματτύα ματτύη. μιστ-ύλη verius dici videtur quam μυστ-ίλη, a rad. μι (μινύω), cf. Curt. Grdz.[4] 708. *ὄνθ-υλος, quod quidem ex ὀνθυλεύω ὀνθύλευσις eliciendum est, ab ὀνθο- (ὄνθος) inter quae id discrimen intercedere Rothius KZ. XIX 221 docuit, ut ὄνθος sit farcimen, quo viscera impleta sunt (= stercus), ὄνθυλος vero farcimen, quod coquus efficit. ὀσμ-ύλη et ὀσμ-ύλος ab ὀσμη-. ὀτόστ-υλλος herba quaedam unde profectum sit, nescitur. πίτ-υλος a πιτ πετ, skr. pat, cf. Fick KZ. XX 176. σηκ-ύλη a σηκιδ- (σηκίς). σκορδ-ύλη σκόρδ-υλος et σ abiecto κορδ-ύλη κόρδ-υλος cum Deffnero Curt. Stud. IV 283 a σκαίρω repetenda videntur. σταφ-υλή et στέμφ-υλον a rad. στεμφ pinsere cf. Curt. Grdz.[4] p. 212. Kuhn. KZ. I 140. σχένδ-υλα et σχενδ-ύλη,

*) Vix enim duo suffixa *το* et *λο* radici adiecta esse credendum est, quam δεκ- (*δέκομαι, δέχομαι*) Curt. Grdz.[4] 133, diç- Pott. Etym. Forsch. I 266. Corss. Beiträge z. lat. Form. p. 47, *δασκ-* (*δι-δασκ*) Benf. Wurz. I 239. II 346, dec- (pro dic-) Ebel. KZ. V 188 esse statuunt.

cuius loco etiam σκενδ-ύλη extat a rad. σκεδ-, cui nasalis inserta est. σφόνδ-υλος σφονδ-ύλη σπόνδ-υλος a skr. spand (coruscare). τετρα-πτερ-υλλίς a — πτερο-. φθίν-υλλα a φθιν- (φθίνω).

ε) de adiectivis suffixo *-υλο* formatis.

Adiectiva in -υλο exeuntia, quae fere viginti numero sunt, non solum eandem significationem atque substantiva exhibent, verum etiam eadem formandi ratione utuntur, quae ea est, ut cuiusvis stirpis finis ante -υλο elidatur, quamobrem nonnumquam dubium est, utrum ab ipsa radice an a stirpe iam perfecta repetenda sint. Ordo est hic: ἀγκ-ύλος a rad. ἀγκ-. αἴσ-υλος et ἀήσ-υλος a Clemmio Curt. Stud. III 300—308 recte explicari videntur, qui reiectis prioribus halucinationibus Eustathii auctoritate (ἀ στερητ. et ἴσον) nitendum esse statuit tantumque abesse debere, ut ἀήσυλος, quod Il. V 876 legitur, ex rad. *ἀF* vel stirpe *ἀF*ε repetatur, ut itacismo, qui dicitur, auxilio vocato idem atque αἴσυλος habendum sit. cf. etiam Clemm. Curt. Stud. VIII 73. Aliter Düntzer KZ. XIII 23. αἱμ-ύλος ab αἱμον- (αἵμων) vel, quod recentiores contendunt, ab αἱμο- (αἱμός, Hes. αἱμοί· δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις cf. Aesch. frg. 8). cf. G. Meyer KZ. XXII 488. ἄξ-υλος quod Il. XI 155 legitur:

ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ

hic collocaverim, siquidem H. Weber Philol. XVI 680 omissis prioribus explicationibus (Schol. A: οὐ κατὰ στέρησιν, ἀλλὰ κατ' ἐπίτασιν, Porphyr: κατὰ στέρησιν τοῦ ξυλίσασθαι) non male rad. ak ‚acutum esse‘ ponit, quocum glossa Hesychii ἄξος· ὕλη παρὰ Μακεδόσιν non dissentit. Cui quidem opinioni etiam Clemmius Curt. Stud. VIII 100 favere videtur. δασ-υλός, quod postea in δαυ-λός contractum est, a δασυ- (δασύς), quocum cohaerere videtur δασυλλίς (Et. M.). δριμ-ύλος a δριμυ- (δριμύς). εἰδ-υλίς verisimiliter ab εἰδυ- (εἰδυῖα). *ἧβ-υλλος e verbo ἡβυλλιᾶν eliciendum ab ἥβη-. ἡδ-ύλος ab ἡδυ- (ἡδύς). καθάρ-υλλος a καθαρο- (καθαρός). καμπ-ύλος a καμπη-. μικκ-ύλος a μικκο- (μικκός dor. = μικρός). μί-τ-υλος melius quam μύτ-ιλος (cf. Curt. Grdz.[4] p. 708) a rad. μι-. ὀγκ-ύλος (σεμνός, γαῦρος Hes.) ab ὀγκο- (ὄγκος). παχ-υλός a παχυ- (παχύς). πηγ-υλίς, quod Od. XIV 476 de nocte dicitur, υ πηγο- (πηγός). στρογγ-ύλος a rad. strag strang στρογγ. στωμ-ύλος a στοματ-, in quo vocalis illa producta ω longae vocali â in voce skr. stâman (A. V. 5, 13, 5) respondet, cf. W. Heymann. ‚Das l der

indogermanischen Sprachen gehört der indogermanischen Grundsprache an.‘ Weimar 1873 p. 13. cf. etiam Ascoli. KZ. XVI 214.*) φειδ-ύλος a φειδο- (φειδός).

Atque hoc loco etiam nominum propriorum in -υλο -υλλο exeuntium breviter mentio fiat, quae et significatione et forma cum nominibus suffixo -υλο formatis prorsus congruunt, e. g. Ἀγάθ-υλλος, Ἄνθ-υλλα, Ἀνθ-υλλίς, Ἀρίστ-υλλα, Ἀρίστ-υλλος, Βάθ-υλλος, Βράχ-υλλος, Δάσ-υλλος, Δί-υλλος, Ἥρ-υλλα, Ἥρ-υλλος, Θράσ-υλλος, Ἴσχ-υλλος, Κρίτ-υλλα, Κτῆσ-υλλα, Μέν-υλλος, Νίκ-υλλα, Ξέν-υλλα, Ξέν-υλλος, Σίβ-υλλα, Στρατ-υλλίς al. De quibus quod sentimus, non alienum est ab eo, quod iam supra de nominibus propriis in -ιλο -ιλλο deflexis disputatum est.

f) Substantiva in -ολο exeuntia.

Suffixum -ολο in lingua Graeca perraro invenitur et, ubi extat, plerumque ad adiectiva formanda adhibitum est. Pauca illa substantiva, quae -ολο suffixi ope formata videntur, sunt: ἄκ-ολος (Od. XVII 222 a rad. aç (edere), cf. αἶκλον, ἄκ-υλος, neque quidquam commune habet cum κόλον, (κόλον ἡ τροφή Athen.). ἠπί-ολος (ὁ περὶ τὸν λύχνον πετόμενος Aristot. hist. anim. VIII 26) verisimiliter a rad. vap, unde Pauli KZ. XVIII 30 etiam lat. vappo, germ. wibil vermis, lit. vábalas scarabaeus derivat, nec multum a voce ἠπίαλος differre videtur. κρέμβ-ολα, quod Hes. his explicat: ἐφ᾽ οἷς τὰς κρόκας ἐντυλίσσουσιν αἱ γυναῖκες incertum est.

ζ) Adjectiva in -ολο exeuntia.

αἰ-όλος non iam cum εἴλω comparandum videtur neque cum Buttm. Lexil. II 73 et Pott. KZ. VI 334 ut ἄελλα αὔελλα ab â-vâ flare repetendum est, sed cum Sonnio KZ. X 126 genuinam formam αἰϜολο statuere placet, quae a skr. eva (= cursus) profecta est. ἀνα-σύρτ-ολις verisimiliter ab inusitato *ἀνα-σύρτ-ω, quod intensivum verbi ἀνασύρω videtur. κορυπτ-όλης eadem vox videtur esse atque κορυπτ-ίλος. μαιν-όλης μαιν-ολίς a μαίν-ο-μαι. ὀπυι-

*) Falso Düntzer KZ. XIII 23 rem explicat, qui radicem stu ponens -μυλη suffixum esse putat, quod etiam in ὀσμύλη θυμέλη πιμέλη appareat. Sed ὀσμύλη fluxit ab ὀσμή, θυμ-έλη a θυματ- (θῦμα), de πιμέλη conferas, quae supra dicta sunt.

όλαι (γεγαμηκότες Hes.) ab ὀπυί-ω. ὀζ-όλης ὀζ-ολίς ab ὄζ-ω. πει-όλης rectius scribi videtur quam πει-ώλης a πεες- (πέος). σκέρβ-ολος non ex σκερ + βολος compositum videtur, sed a rad. skrap skarp, cf. Walter KZ. XII 402, cum Fickius Wört. p. 205 rad. çalbh (çalbhate) ‚tönen, prahlen‘ statuat. σκιμβ-όλος, quod Hes. voce ἠλίθιος explicat, a σκιμβός· χωλός. σκωπτ-όλης a σκώπτ-ω. φαιν-ολίς (quod non misceri debet cum φαινόλης, quae eadem vox es atque lat. paenula) in H. h. Cer. 51 de aurora usurpatur a φαίν-ω.

Atque etiam his duodecim fere adiectivis hypocoristicam quandam significationem inhaerere patet. Sed notandum est omnia fere recentioris demum originis esse.

g) de substantivis in -ωλο deflexis.

Substantivorum in -ωλή exeuntium, quae undecim numero sunt, tertia fere pars iam apud Homerum extat, cum reliqua eorum analogiam secuta posterioribus demum temporibus nata sunt, ut ‚abstracta‘ formentur. ἁμαρτ-ωλή versimiliter a st. ἁμαρτο-, quae in ἁμαρτο-επής extat. γαμψ-ωλή a γαμψο- (γαμψός). ἐπειγ-ωλή ab ἐπείγ-ω. εὐχ-ωλή ab εὐχή. θεραπ-ωλή a θεραπ-οντ-. θερμ-ωλή a θερμο- (θερμός). μεμφ-ωλή a μέμφ-ο-μαι. παυσ-ωλή a stirpe aoristi sigmatici παυσ (παυ-), cf. τρωξ-αλλίς ἴξ-αλος φύξ-ηλις al., cf. Curt. Stud. Ia 296. τερπ-ωλή a τέρπ-ω. φειδ-ωλή a φείδ-ω. χαριτ-ωλή a χαριτ- (χάρις).

Quorum analogiam secuta sunt adiectiva ἁμαρτ-ωλός (N. T.), κηδ-ωλός (Suid = κηδόμενος), φειδ-ωλός.

Huc accedunt tria substantiva in -ωλον exeuntia: εἴδ-ωλον a rad. ἰδ Ϝιδ (εἶδ-ος, εἶδ-ον); κύβ-ωλον fortasse a kup (κύπ-τω), cf. Joh. Schmidt ‚Zur Geschichte des indogermanischen Vocalismus‘ I. Weimar 1871 p. 162; φάσκ-ωλον et φάσκ-ωλος, cuius loco etiam φάσκ-αλος extat, a radice Graeco-Italis communi fask = fak, sfak ‚schnüren‘, quam Fick. Wört. p. 472 statuit.

h) de nominibus suffixo -τλο -θλο formatis.

Substantiva, quae -τλο -θλο terminationem praebent, sunt haec: Ab ipsa radice profecta sunt sine vocalis coniunctione θύ-σ-θλον*) a rad. θυ-, (ναῦ-σ-θλον, a ναϜ), φύ-τλη a rad. φυ-, χύ-τλον

*) In voce θύσ-θλον σ eadem ratione explicandum est, atque in θυσ-της θυσ-τάς θύσ-ανος (Curt. Grdz.[4] 259), sed cum in ναῦσθλον (= ναῦλον Hes.) prorsus explicari nequeat, haec vox eadem videtur esse atque ναύστολον, nisi quod ο eliso τ ante λ in θ transiit, cf. Curt. Grdz.[4] 493.

a rad. χυ-, et vocali ε interposita γεν-έ-θλη a rad. γεν-, ἕδ-ε-θλον a rad. ἑδ, ubi mutatio spiritus asperi, in lenem notanda est, cf. ἔδ-αφος οὖδος ὁδ-ός οὐδ-ός (Curt. Grdz.[4] 674), ἐχ-έ-τλη a rad. ἐχ-, φύγ-ε-θλον a rad. φλυγ, cuius λ ante suffixum evanuit (Pott. Etym. Forsch. II 100), ὄχ-ε-τλον a rad. *F*εχ, vagh. A stirpibus nominalibus profecta videntur ἱμάσ-θλη pro ἱμάτ-θλη, cuius stirps ἱματ- in verbo ἱμάσσω pro ἱματ-jω apparet, ubi τ ante θ in σ transiit cf. Curt. Grdz.[4] p. 397, et vocali ε interiecta θέμ-ε-θλον, quod non a θεματ- (θέμα) derivandum est, sed a skr. dhâm-a, cum θέμα recentioris sit originis quam θέμ-ε-θλον, quod iam ap. Hom. invenitur; χείμ-ε-θλον vel χείμ-ε-τλον a χειματ- (χεῖμα).*)

Iam inquirentes nos in originem huius suffixi fugere non potest nullum fere discrimen intercedere inter -θλο -τλο et -θρο -τρο et utrumque repetendum esse a skr. -tra, quod et primaria et secundaria, quae dicuntur, nomina partim ex ipsa radice partim vocali (a i u) interiecta finxit, e. g. pu-trah mi-tram; am-a-tra naksh-a-tra; car-i-tra; var-u-tram al. Haec igitur sanscritica terminatio -tra in lingua Graeca in duas partes abiit, quarum altera substantiva in -τρο -θρο, altera in -τλο -θλο desinentia peperit. Et quamquam concedendum est numerum substantivorum in -τρο -θρο exeuntium maiorem esse, tamen etiam substantiva in -τλο -θλο deflexa magnam partem iam apud antiquissimos auctores extant, sic apud Homerum γεν-έ-θλη θέμ-ε-θλον θύ-σ-θλον ἱμάσ-θλη inveniuntur. Varietas autem formarum -τλο et -θλο (-τρο et -θρο) non est, cur nos offendat; nam in l pariter atque in r aspirandi vim inesse constat atque ob eam causam fieri potuit, ut tenuis in aspiratam transiret. Sic etiam κ ante λ in χ abiit, velut ἀνδράχ-λη ab ἀνθρακ- (ἄνθραξ), et π in φ, velut σιπ-αλός et σιφ-λός, cf. Curt. Grdz.[4] p. 493. Atque Boppius quidem ‚Vergl. Gramm.' III p. 194 adnot. θ illud aut liquidae vi aut, quod verisimilius habet, illa lege, quam ‚Lautverschiebungsgesetz' vocant, explicandum esse censet. Sed utut res se habet, certa ac iusta causa cur lingua modo hanc modo illam formam praetulerit, vix statui poterit. Nam quod Fickius nuperrime in ‚Beiträge zur Kunde der indogermanischen Sprachen' (ed. Dr. Adalb. Bezzenberger) I. vol. Götting. 1876 p. 65 dixit suffixum -τλο, quod ex -τρο sit exortum, praeter -θλο omnino non extare, nescio an

*) σεῦτλον τεῦτλον, beta (Mangold) quod quispiam desideraverit, non recepi, cum origo prorsus sit incognita.

speciosius excogitatum sit, quam verius sit. Neque enim animum inducere possumus in vocibus ἐχ-έ-τλη, φύ-τλη, χύ-τλον aspiratam radicis tantum valuisse, ut insequens suffixum ea affectum sit. Notum sane est Graecos duas deinceps aspiratas syllabas evitasse (quamquam ne hoc quidem ubique molestum videbatur, cf. ἐχύθην), tamen id ea ratione fecerunt, ut prioris syllabae aspirata in tenuem transiret (ἐ-τέ-θην a θε, ἐ-τύ-θην a θυ). Quamobrem si propterea non ἐχέθλη πύθλη κύθλον dictum esse putat, ne radix (ἐχ, φυ, χυ) obscuraretur, cur non etiam in ἐ-τέ-θην, ἐ-τύ-θην eiusdem rei ratio habita est? Quid, quod etiam in θύσ-θλον aspirata locum obtinuit? Quam si inserta litera σ eadem ratione tolerabilem fieri existimat atque in θέμ-ε-θλον, φύγ-ε-θλον, ubi syllaba ε inter radicem et suffixum intercedat, cur non in ἐχ-έ-τλη (sic enim est disiungendum), ὄχ-ε-τλον, χείμ-ε-τλον quoque pro -τλο forma -θλο extat? Non igitur -τλο linguae Graecae abrogare fas videtur, praesertim cum etiam in ἄν-τλον et σχέ-τλιος suffixum -τλο recte sese habere paulo infra videbimus. Ceterum quod attinet ad significationem suffixi -τλο -τρο et discrepantiam, quae inter -τλο -τρο et lat. -clo -cro intercedit, omissis virorum doctorum dissensionibus, ne longior sim, sufficiat commemoravisse, quae Corssen ‚Beiträge zur ital. Sprachkunde' Leipz. 1876 p. 26 sqq. evincere studet, qui suff. -clo -culo -cro ex -kara ‚schaffend, machend', -τλο -τρο ex tara ‚durchführend' exorta esse probavit.

Restat, ut de quatuor vocibus disputem, quas nescio an huc referre consentaneum sit: ἄεθλος ἄντλος ὕθλος σχέτλιος, de quarum quidem origine inter viros doctos nondum satis constat. Atque ἄεθλον ἄεθλος Curtius Grdz.[4] p. 249 alios secutus a radice vad repetit, cui α intensivum antecedat (lat. va(d)s, goth. vad-i, germ. wetti), quod etiam Fick. ‚Vergl. Wört.' p. 396 amplexus est. Suffixum igitur -λος esse statuunt, quod nec Bergkio nec L. Meyero placuit. Ille enim in Mus. Rhen. XIX 604 originem ducit ab ἀείρω, hic in KZ. XIV p. 93. 94 ex av- (av-ēre, av-idus, av-idere -audere, quam opinionem L. Meyer etiam in ‚Vergl. Gr.' II p. 360 sustinet, quos si sequimur, -θλο pro suffixo habeamus necesse est. Ac negari non potest, L. Meyeri sententiam dignam esse, quae ceteris praeferatur. Iam in definienda voce ἄντλος vix assentiendum est Pottio et Benfeyo, quorum opinionem etiam Curt. Grdz.[4] p. 220 est amplexus, qui a praep. ἀνα et rad. τλα originem ducentes Festi testimonio nituntur s. v. tollo tolleno

,genus machinae, quo trahitur aqua, dictus a tollendo'. Nam verbum ἀντλέω, unde illi ἄντ-λυν explicant, certe ab ἄντλον demum derivatum est, quod iam ap. Hom. extat. Et quomodo significatio vocis ἄντλον ,das im unteren schiffsraum sich ansammelnde oder in denselben eindringende seewasser, kilwasser, schiffsjauche' ex illo ἀνά et τλα evaserit, vix est intelligendum. Aliam viam Fick ,Vergl. Wört.' p. 423 est ingressus, ubi aeque atque in libro, qui est inscriptus ,Die ehemalige Spracheinheit der Indogermanen Europas' p. 18 radicem skr. ponit aṅc ,biegen, beugen'. Sed Osthoffius in libello ,Forschungen im gebiete der indogermanischen nominalen stammbildung' Jen. 75 p. 25 hac opinione non sine justis validisque argumentis refutata ipse verbum ἀμάω auxilio vocat, cujus significatio duplex sit: ,erstens — ipsius verba laudo — die des korneinsammelns, die handlung des mähens und erntens, zweitens die tätigkeit des ansammelns und schöpfens von flüssigkeiten, wasser u. dgl. Wirklich besteht auch einige äussere änlichkeit zwischen dem tun des mähers und dem des wasserschöpfers, zwischen dem hantieren mit der sichel oder sense und demjenigen mit der wasserschaufel'. Radicem igitur ἀμ- esse arbitratur, cui suffixum -τλο accesserit, quod sane habet, quo se commendet*). — Iam vero etiam de vocis ὄθλος etymologia ,adhuc sub judice lis est'. Benf. enim ,Wurz.' I 452 a rad. skr. ud- ,fliessen' (ὕδ-ωρ, und-a), Christius ,Grundzüge der griech. Lautlehre' p. 104 a rad. vad ,sprechen', Curt. Grdz.[4] p. 512 a rad. ὑ ,regnen' derivant. Cum igitur Benfeyus et Christius suffixum -λο statuant, ante quod media in aspiratam transierit, Curtius pro suffixo -θλο habet, in quam opinionem etiam L. Meyer Vergl. Gr. II p. 360 non iniuria animum inclinare videtur. — Quibus substantivis adiunxerim etiam adiectivum σχέ-τλιος, quod neglecto novo suffixo -ja vix alibi locum habere debeat. Benfeyus quidem ,Wurz.' I 360 a rad. σχε et τλα (ταλ), quae etiam in τλή-μων ,tolerans' reperiatur, repetit. Curtius vero in prooemio illo ,de adiectivis Gr. et Lat. . .' p. 10 τ illud ante λ eadem ratione interpositum esse putat atque in μί-τ-υλος, ἐξί-τ-ηλος, φυ-τ-άλιος, ὀπ-τ-αλέος, λεπ-τ-αλέος, αὐσ-τ-αλέος et vocalem inter τ et

*) Cui rursus Fick ,Beiträge z. Kunde d. indog. Spr.' I p. 65 refragatur, ubi cum ἄντλον skr. ud-aṅc comparat et τ ex *κF* (cf. πέντε, τέτμω et τέκμωρ, τόσσας, st. τοτ et τόξον) natum esse dicit. — cf. etiam de ἀντλεῖν et antlare anclare Corssen ,Beiträge zur ital. Sprachkunde' p. 19 sqq.

λ insertam eiectam esse. Sed mihi non vocalis excidisse, sed τ ad suffixum pertinere videtur, ut idem suffixum sit, quod in ἐχέτλη extat. Quacum opinione etiam Fickium ,Beiträge z. Kunde d. indog. Sprachen' p. 66 concinere video, nisi quod sine iusta causa pro genuina forma σχέθλιος habet. cf. etiam Aly ,de nominibus ιο suffixi ope formatis' Berol. 73. p. 29.

i) de terminatione -καλο.

Duo praeterea substantiva extare videntur, quae suffixo -καλο formata sunt, γραύ-καλος et ὀβρί-καλον, quae duo suffixa deminutiva κο + λο coniuncta exhibent, ut skr. ka + ra lat. culo. Atque ὀβρί-καλον quidem certe hanc terminationem praebet, cum ap. Aesch. Agam. 143 (Dind.) deminutivum vocis ὄβριον significet. De voce γραύ-καλος vero non pariter constat, cum Fritzschius Curt. Stud. VI 342 γραυκάλας Hesychii, quod recte in γραύκαλος mutat, a γρύξαι· ἠρέμα κράξαι, ἠρέμα φθέγξασθαι ἢ ὑλακτῆσαι (Hes.), st. γρυκ- derivat, quod a γρύζω (= γρῦ λέγω) sit seiungendum. Transitus vero vocalis υ in αυ alias inauditus est, cum guna sit ευ et ου (φυγ-ή ἔ-φευγ-ον, σπεύδω σπουδή, κέλευθος ἀκόλουθος) numquam vero αυ. Quamobrem a stirpe γραυ- (γραῦς) repetendum videtur, quod etiam Lobeckio Prol. 92 arridet, cum scribat: ,Gutturalis accessione increvisse videtur γραύκαλος· ὄρνις τεφρός Hes. a colore cineraceo sive ravo, quasi γραῖος gravastellus, nam haec sine dubio inter se continuata sunt; graeculus autem, quod Kuesterus confert, a clamore potius; nam graculi (κολοιοῦ) epitheton consuetum est κραυγός sive κραγέτης.' Eadem igitur ratione videtur exortum esse atque ὀβρί-καλον. cf. Curt. Stud. Ia 260, cf. etiam Curt. Grdz.[4] 209, ubi ἀστράγαλος est collatum, nisi quod in hac voce iam etymon ὄστρακον extat.

Hic etiam mentio fiat vocis illius dubiae ἄροκλον, quod ap. Ath. XI 783 ex Nicandro petitum poculum esse dicitur. Sed et suffixum Graecum -κλο nusquam alias invenitur et radix obscura est. Nec vero videtur veridissimile hanc vocem cum ἀρύ-ω cohaerere, ut vas significetur, quo hauritur; quam ob rem fortasse nihil aliud est atque ἀρύ-βαλος.

C. De nominibus, quae praeter suffixum -λο etiam jα al. exhibent.

Cum in antecedentibus merum suffixum -λο tractaretur, iam in sequentibus ad eas voces nos convertamus, in quibus ad suffixum -λο etiam novum incrementum accessit, quod plerumque est jα. Nec in animo est omnes eas voces afferre, quae ab aliis nominibus suffixo -λο formatis et iam supra commemoratis demum fluxerunt, sed quae sui iuris sunt.*)

a) -αλιο.

Substantiva in -αλιο exeuntia sunt haec: ἁρμ-αλιά ab ἁρμ- (ἁρμ-όζω). καυκ-αλίας (ὄρνις ποιός Hes.) a rad. reduplicata ku (ku + ku = kuk), cf. skr. kôk-ilas, lat. cuc-ulus, cf. Fritzsche Curt. Stud. V 336. Fick. Wört. p. 44. κοκκ-άλια vel κωκ-άλιον verisimiliter a κόγχ-η, nisi quod stirpi nasalis est adempta (cf. κόχλος κοχλίον κοχλίας, Curt. Grdz.[4] p. 151. κορ-άλλιον κουρ-άλιον κωρ-άλιον κωρ-άλλιον a κόρη κούρη κώρη. λωγ-άλιον, quod Hes. pro λωγάνιον praebet, a λωγαδ- (λωγάς). μαγδ-αλία a μαγ (pro μακ, μάκ-jω = μάσσω), cf. μάγ-μα, μαγ-ίς, μᾶζα μαγ-εύς Curt. Grdz.[4] 326, ubi δ idem videtur esse atque in κίβδ-ηλος. ναπτ-άλιος a νάφθα, ubi defectus aspirationis notandus est. πηδ-άλιον a πηδο- (πηδόν) σκυρθ-άλιος a σκυρθακ- (σκύρθαξ), quod lacon. pro νεανίας dicitur. σπαθ-άλιον a σπάθη. τρυμ-αλιά a τρύμη.

Rariore terminatione utuntur ἐργ-αλεῖον, quod fortasse eodem modo atque τροχαλεῖον a τροχαλός, a perdito quodam vocabulo *ἐργ-άλη repetendum est, quod quidem etiam ionica forma ἐργ-αλήϊον suadet, denique πνιγ-αλίων a πνιγ- (πνίξ), quacum voce nomina propria velut Μικκαλίων ʽΑρπαλίων al. conferre iuvat.

Adiectiva in -αλιο exeuntia sunt haec: ἐνυ-άλιος, quod cognomen est Martis atque etiam pro Marte ipso usurpatur, ab Ἐνυώ (rad. van = occidere perdere, vanushyati, cf. KZ. X 327). τρωγ-άλιος a τρώγ-ω, unde τὰ τρωγάλια ap. Aristoph. φυτ-άλιος a φυτο- (φυτόν). ψευδ-άλιος a ψευδες- (ψεῦδος).

Quibus adiungendus est magnus ille numerus adiectivorum in -αλέος exeuntium (octoginta fere), quae plerumque a poetis

*) Nonnulla eorum etiam Aly ‚de nominibus ιο suffixi ope formatis' Berol. 73 p. 28, 29, 37—39 attulit. — cf. etiam L. Meyer ‚Vergl. Gr.' II. 440 sqq.

usurpantur. Atque etiam huius suffixi proprium est, ut cuivis themati affigatur neque extremae eius syllabae sive in vocalem sive in consonantem terminatae parcat. De cuius origine L. Meyeri et G. Curtii sententiae in contrarium abeunt, cum ille (Vergl. Gr. II 585) antiquiorem formam -λειο fuisse coniiciat, quae etiam in Latino -lējo (legulējo-, locutulējo-, secutulējo-) et goth. underleija extet, hic duo suffixa la et ja coniuncta esse putet, ut -αλέος eiusdem originis sit atque -άλιος. Ac mihi quidem Curtii sententia probabilior videtur, praesertim cum in nonnullis adiectivis praeter -αλέος etiam άλιος extet, cf. γηραλέος, γηράλιος, νηφαλέος, νηφάλιος. Atque iam antiquissimis temporibus terminationem -αλέος in usu fuisse, docent haec exempla Homerica: ἀζ-αλέος, quod non ex ἄγαν ζέον· θερμὸν ἢ ξηρόν est compositum, ut Hes. dicit, sed a st. ἀζα-, quae est in ἀζαίνω (ἀζα-νίω). ἀργ-αλέος, quod non ab ἀλγες- (ἄλγος) verso λ in ρ euphoniae gratia derivatum esse dixerim, sed praeter ἀλγ-, quod in ἄλγος ἀλγεινός al. extat, etiam ἀργ- servatum est, quod ut in hac voce etiam in λήθ-αργος, ληθ-αργία, ἀπ-αργία al. remansit. ἁρπ-αλέος ab ἁρπ-, nec ut aliis videbatur, ab ἁρπαγ-. αὐσ-τ-αλέος, semel in Od. XIX 327 a rad. idg. sus, skr. çush, ad quam τ corroborandi causa accessit, cf. αὐσ-τ-ηρός, Curt. Grdz.[4] 396. θαρσ-αλέος a θαρσες- (θάρσος). ἰσχ-αλέος, semel in Od. XIX 233, pro quo postea Eustathio teste ἰσχν-αλέος dicebatur, ab ἰσχ- (ἴσχ-ω), ἰσχνο- (ἰσχνός). καρφ-αλέος a κάρφ-ω.*) κερδ-αλέος a κερδες- (κέρδος). λεπτ-αλέος semel in Il. XVIII 571 a λεπτο- (λεπτός). λευγ-αλέος a λυγ- (λυγρός), cuius υ per guna in ευ transiit, ut πευκ-άλιμος a πυκ- (πυκνός), quam ob rem Et. M. non recte dicit παρὰ τὸ λοιγὸν λοιγαλέον καὶ μεταθέσει τῶν στοιχείων λευγαλέον. μυδ-αλέος, semel in Il. XI 54, a μυδα- (μυδά-ω). ὀπτ-αλέος ab ὀπτο- (ὀπτός). ὀ-τρ-αλέος ab ὀ-τρύ-νω vel ex ipsa radice τρε τρες (τρη-ρός τρή-ρων), cui vocalis ο est anteposita ut in ὀ-μίχ-λη al., quod iam Et. M. recte agnovit, cum explicaret ὀτραλέως· σπουδαίως, παρὰ τὸ τρέω τὸ φοβοῦμαι καὶ σπεύδω. ῥωγ-αλέος a st. ῥωγ-, quae in ῥώξ extat, rad. *F*ραγ, quo etiam Hesychianum illud ὑρειγαλέον· διεῤῥωγός referendum est, nisi quod *F* ante liquidam in υ commutatum est. cf. Curt. Grdz.[4] 551. σμερδ-αλέος a st. σμερδ-, quae in σμερδ-νό perspicitur.

*) *καρχαλέος*, semel in Il. XXI 441, non recepi, cum tantum absit, ut a **καρχες*- (*κάρχος*) vel a **κάρχ-ω*, quae non extant, derivatum sit, ut voci reduplicatae skr. kar-kar-a respondeat, cf. Fick. Wört. p. 35.

Reliqua huius generis adiectiva partim bonam Graecitatem redolent, partim recentioribus demum auctoribus originem debent: αἰθ-αλέος ab αἴθ-ω, ad quam Philemon lex. technolog. p. 41 haec: πρὸ μιᾶς ἔχει τὸν τόνον καὶ πρὸ δύο. πρὸ μιᾶς γὰρ ὑπάρχει ἀπὸ τοῦ αἴθω, ὡς νήφω νηφαλέος· ἡνίκα δὲ πρὸ δύο ἔχει τὸν τόνον, ἀπὸ τοῦ αἰθάλειος γέγονε κατὰ ἀποβαλὴν τοῦ ι ὡς παρὰ Ἀπολλωνίῳ· αἰθάλεοι πρηστῆρες. Igitur non quo ab αἰθάλη demum manaverit, huc refero, sed quia ab αἴθ-ω suffixo -αλέο adhibito formatum est. αἱμ-αλέος ab αἱματ- (αἷμα). ἀλπ-αλαῖον, quod Hes. voce ἀγαπητόν explicat, certe corruptum est ex ἀλπ-αλέον et cum *ἀλπ-νός simili cognatione utitur atque ἰσχ-αλέος cum ἰσχ-νός, σμερδαλέος cum σμερδ-νός. *ἀλπ-νός vero in composito ἔπ-αλπνος et in sup. ἄλπνιστος extat, cf. Curt. Grdz.[4] 265. αὐ-αλέος παρὰ τὸ ἄυω, τὸ ξηραίνω (Et. M.). αὐχ-αλέος ab αὐχ- (αὐχ-έ-ω). αὐχμ-αλέος semel usurpatur, a Choeril. ap. Joseph: αὐχμαλέοι κορυφάς = ,quibus vertex prae aliis capitis partibus horret,' ab αὐχμο- (αὐχμός). βραγχ-αλέος a βραγχες- (βράγχος). βρυχ-αλέος a βρυχ-ά-ο-μαι. γηθ-αλέος a γήθ-ω. γηρ-αλέος a γηρ-ά-ω (γηράσκω). γυρ-αλέος a γυρο- (γυρός). δειμ-αλέος a δειματ- (δεῖμα). δεισ-αλέος a δεῖσα. (δεισαλέα κοπρώδη. δεῖσα γὰρ ἡ κόπρος, Suid). διψ-αλέος a δίψα. ἐρευθ-αλέος ab ἐρεύθ-ω. εὐγμ-αλέος, quod Schneiderus restituit ex εὐγμαοδείων· εὐχῆς ἀξίων (Photius), quem ad modum etiam εὐτμαδιέων· εὐτυχημένων (Hes.) corrigendum est, ab εὐγματ- (εὖγμα). ἑφθ-αλέος, quo referenda est Hes. glossa mutila ἑφθαλές ab ἑφθο- (ἑφθός). ἑψ-αλέος ab ἕψ-ω. ἠγ-αλέος Et. M.: παρὰ τὸ ἄγος, ὃ σημαίνει τὸ ῥῆγμα, ἐκ τοῦ ἄγω, τὸ κλάνω, ἄγος ἀγαλέος ὡς τάρβος ταρβαλέος. ἠθ-αλέος ab ἠθες- (ἦθος). ἠκ-αλέος ap. Hes. ἠκ-αλέον γελόωσα· πράως ab ἦκα. θαμβ-αλέος a θαμβες- (θάμβος). θαυμ-αλέος a θαυματ- (θαῦμα). θηγ-αλέος a θήγ-ω. θηπ-αλέος, quod Hes. voce βωμολόχος explicat, a θηπ- (τέ-θηπ-α). ἰκμ-αλέος ab ἰκμαδ- (ἰκμάς), unde etiam Et. M. nom. propr. Ἰκμάλιος in Od. XIX 57:

ἥν ποτε τέκτων
Ποίησ' Ἰκμάλιος

recte derivat his: ὁ ἰκμάδας καὶ ἱδρῶτας στάζων ἐν τῷ κάμνειν καὶ φιλοπονεῖν. Eiusdem originis etiam ἰμ-άλιος Ἱμ-άλιος est, nisi quod κ radicis evanuit. ἱππ-αλέος ab ἱππο- (ἵππος). καγκ-αλέος quamquam Brugmanni Curt. Stud. VII 205 sententia, qui reduplicatam formam eam esse vult et skr. kaṅkaras confert, quominus huc referatur obstat, tamen quin suo iure locum hic teneat non dubium est. Nam loco Iliadis XI 642 πολυ- καγκέα δίψαν nisi cum Lob.

Rhem. 60 verbum κάγκ-ω statuere debemus, a quo καγκ-αλέος fluxit, praesertim cum etiam Hes. καγκ-ομένης· ξηρᾶς praebeat. καμπ-αλέος a καμπή. καυ-αλέος a rad. καυ καF (καί-ω). κερχ-αλέος et κερχν-αλέος a κέρχ-ω (κερχνο-), quod Galen. factum esse dicit a crepero illo sono, quem edunt, quibus in respiratoriis meatibus est στενοχωρία ἢ ὑγρότης πλείων. κνισ-αλέος a κνῖσα (κνίσσα). κραμβ-αλέος, in quod etiam Hesychianum illud κραμβατέλος· ξηρὸς καὶ καπυρός mutandum videtur a κραμβο- (κράμβος). κρυμ-αλέος a κρυμο- (κρυμός). κρυφ-αλέος a κρύφα. ληκ-αλέος a ληκ-ά-ω. λημ-αλέος a λήμη. λιμ-αλέος a λιμο- (λιμός). λυσσ-αλέος a λύσσα. νηφ-αλέος, quod Hes. et Et. M. pro νηφ-άλιος iam ab. Aesch. usurpato praebent, a νήφ-ω. νηχ-αλέος a νήχ-ω. νουσ-αλέος a νουσο- (νοῦσος), quod voci νόσος eadem ratione respondet atque οὔνομα voci ὄνομα. νυστ-αλέος, cuius loco etiam νύστ-αλος extat, a νυσταδ- (νυστάζω, νυσταδ-jω). ὀδμ-αλέος ab ὀδμή. ὀζ-αλέος ab ὀζο- (ὄζος). οἰδ-αλέος ab οἰδά-ω. ὀκν-αλέος ab ὀκνο- (ὄκνος). πειν-αλέος a πεῖνα. πενθ-αλέος a πενθες- (πένθος). πενιχρ-αλέος a πενιχρο- (πενιχρός). πευκ-αλέος ap. unum Hes., qui explicat πευκαλέον· ξηρὸν, ἀγγεῖον. Quae vox si recte sese haberet, a πεύκη (pinus) profecta esse deberet; sed quomodo haec significatio cum ξηρὸν ἀγγεῖον cohaereat, non video. Melius fortasse ποικίλον scribendum est, siquidem de ἀγγεῖον dicitur, quod est vas materiae variae variique usus, ut Plat. Polit. 287 e: ,τοῦτο (τὸ ὄργανον) ὃ δὴ ξηροῖς καὶ ὑγροῖς καὶ ἐμπύροις καὶ ἀπύροις παντοδαπὸν εἶδος ἐργασθέν, ἀγγεῖον ὃ δὴ μιᾷ κλήσει προσφθεγγόμεθα'. πι-αλέος a rad. πι vel st. πιον- (πίων). πορδ-αλέος a πορδή. πτοι-αλέος πτο-αλέος a πτοία (πτόα). ῥευστ-αλέος a ῥευστο- (ῥευστὸς). ῥιγ-αλέος a ῥιγες- (ῥῖγος). ῥιμφ-αλέος a ῥίμφα. ῥυσ-αλέος a ῥυσο- ῥυσός. ῥωμ-αλέος a ῥώμη. σημ-αλέος a σηματ- (σῆμα). σιγ-αλέος a σιγή. σκωπτ-αλέος ap. solum Herodian. π. μον. λέξ. 4, 6 ubi perperam σκωπ-αλέος pro σκωπτ-αλέος extat, a σκώπτ-ω. στυγν-αλέος a στυγνο- (στυγνός). ταρβ-αλέος quemadmodum etiam ap. Hes. pro falso ταρβαρέος scribendum esse Lob. Prol. 135 ostendit, a ταρβες- (τάρβος). τινθ-αλέος non, ut Benfeyo Wurz. II 196 et Brugmanno Curt. Stud. VII 346 videbatur, pro reduplicata forma τανθαλ habendum est, sed a τινθο- (τινθός) eadem ratione fluxit atque λεπτ-αλέος a λεπτός. τρηχ-αλέος a τρηχυ- (τρηχύς τραχύς). ὑδ-αλέος ab ὑδατ- (ὕδωρ). ὑπν-αλέος ab ὑπνο- (ὕπνος). φοιτ-αλέος a φοιτ-ά-ω. φριχ-αλέος a φρίκη. φυζ-αλέος a φύζα. ψευδ-αλέος (= ψευδ-άλιος ψευδ-άλιμος, ψευδ-άλμιος) a ψευδες- (ψεῦδος). ψωρ-αλέος a ψωρο- (ψωρός). χιρ-αλέος (τοὺς πόδας κατειργασμένος Hes.)

a χιραδ- (χιράς, quae altera lectio est pro χειράς). ὠκ-αλέος ab ὦκα.

Videmus igitur terminationem -αλέος cuivis themati in -α -η -ες -ατ al. exeunti sive nominis (subst., adiect., adverb.) sive verbi apponi, quod etiam Et. M. s. v. δειμ-αλέος (et s. v. ἀργ-αλέος) docet: παραγωγὴ ἀπὸ ὀνόματος, ὡς τὸ δεῖμα δειμαλέος, ἀπὸ ῥήματος, ὡς τὸ οἰδῶ οἰδαλέος, καὶ ἀπὸ ἐπιῤῥήματος ὡς ῥίμφα ῥιμφαλέος. Cuius significatio quamquam certis finibus non facile circumscribi potest, tamen hunc fere in modum definiri potest, ut partim ‚facultate et inclinatione aliquid faciendi uti,‘ partim ‚praeditum vel affectum esse aliqua re‘ significetur. Quodsi Buggius in KZ. XX 45 propterea, quod nonnulla adiectiva in -αλέο exeuntia cum verbis in -νω formatis cognata sunt, atque etiam cum nominibus suffixo -na terminatis necessitudine quadam utuntur, suffixum -αλέο ex -ανjο exortum esse existimat, nescio an contendat, quod formis ac iustis argumentis careat. Nam ex eo, quod supra disputavimus, dilucidum est suffixum αλέο iam antiquissimis temporibus adscribendum et prorsus sui iuris esse. Quamobrem a suffixo -na seiungendum videtur, quod quomodo suam ipsius viam ingressus sit, Gust. Meyer in libello ‚Die mit nasalen gebildeten praesensstaemme des griechischen‘ Jen. 73. disquisitioni subiecit.

Huc accedunt nonnulla adiectiva, quae cum suffixo -αλιο etiam -μο coniunctum exhibent et plerumque iam ap. Homerum inveniuntur. Quorum origo non ea est, ut syllaba αλ inserta sit, quemadmodum veteres grammatici docent, velut Orion: παρὰ τὸ εἶδος, εἴδιμος ὡς πεύκη πεύκιμος, κῦδος κύδιμος, καὶ πλεονασμῷ εἰδάλιμος πευκάλιμος κυδάλιμος, vel Et. M: ἐκ τοῦ κῦδυς γίγνεται κύδιμος καὶ πλεονασμῷ τῆς αλ συλλαβῆς κυδάλιμος, sed ut φυτάλιος et φυτάλιμος, ψευδάλιος et ψευδάλιμος ostendunt, -αλιμο ex forma -αλιο, quae plerumque periit, demum natum est.

εἰδ-άλιμος ab εἰδες (εἶδος) vel ab ipsa rad. ἰδ *Fιδ*. ἰδ-άλιμος a rad. ἰδ *σFιδ*. καρπ-άλιμος non cum ἁρπ-αλέος quidquam commune habet, quod olim credebatur, sed, ut Curt. Grdz.[4] 63 ostendit, a rad. καρπ κραπ manavit, unde etiam κραιπ-νός i. e. κραπ-ινός, cf. Siegismund Curt. Stud. V 145. κυδ-άλιμος a κυδες- (κῦδος). πευκάλιμος a πυκ- (πυκνός) ut λευγ-αλέος a λυγ- (λυγρός) φυτ-άλιμος et metathesi adhibita φυτάλμιος (cf. φυτ-άλιος). ψευδ-άλιμος, pro quo Hes. etiam ψευδάλμιος praebet, cf. ψευδάλιος.

Terminatione -αλόεις praeter alia adiectiva a nominibus in -αλο exeuntibus demum derivata (cf. αἰθαλόεις ab αἰθάλη, ὑαλόεις

ab ὕαλος, διψαλόεις et διψαλέος, μυδαλόεις et μυδαλέος, σιγαλόεις et σίγαλος s. v. νεο-σίγαλος) utitur ἀ-μιχθ-αλόεσσα in Il. XXIV 753:

Ἐς Σάμον ἔς τ' Ἴμβρον καὶ Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν,

quod neque in μιχθαλόεσσαν mutandum neque ab ἄμικτος (ἀπρόσμικτος = ἀλίμενος), (ἀ στερητ. et rad. μιγ-) derivandum est (cf. Lob. Prol. p. 92), sed a rad. μιχ repetendum videtur, quae extat in vocabulis ὀ-μιχ-έω, ὀ-μίχ-λη, quorum o protheticum eodem munere fungitur atque α. Non igitur α privativum habendum est, sed intensivum, cf. Clemm. ‚de α intensivo‘ in Curt. Stud. VIII init. θ vero illud propter aspiratam radicis μιχ ex τ exortum est, quod corroborandi gratia ad radicem accessit (cf. λεπτ-αλέος al.).

b) -ελιο.

ἠ-έλιος, quae est forma Homerica et postea demum ab Atticis in ἥλιος contracta, a rad. us lucere (cf. Curt. Grdz.[4] p. 401, quamquam maior pars virorum doctorum vocem a skr. sûrja separari debere negat. cf. Benf. Or. et Occ. I 284. Schweiz.-Sidl. KZ. XII 308. Roth. KZ. XIX 218. 219, qui ἀβέλιος Cretensium (ἀβέλιος· ἥλιος, Κρῆτες Hes.) a skr. svar-ja (sûrja) eadem ratione atque ὀβελός a svaru repetit. θεμ-έλιος θεμ-είλιον eiusdem originis est atque θέμ-ε-θλον. κρικ-έλλιον a κρικο- (κρίκος). κυβ-έλιον unde significationem ‚das schwarze Veilchen‘ ap. Diosc. acceperit, vix dici potest, cum de radice non constet. ὠτ-ειλή pro ὠτ-ελιή ab οὐτ- (οὐτ-ά-ω), *Fοτ*-, ut genuina forma sit *Fοτειλή*, quae ap. Hes. in forma *Fατάλαι*· οὐλαί extare videtur, cf. Ahrens. dial. dor. p. 53. Misteli. KZ. XVII 192.

Adiectiva sunt ἀ-ειδ-έλιος ab ἀ-ειδες- (ἀ-ειδής): ἀ-εικ-έλιος ab ἀ-εικες- (ἀ-εικής), νυκτ-έλιος a νυκτ- (νύξ).

c) -ηλιο.

Substantiva: κανθ-ήλιος a κανθο- (κάνθος). κει-μ-ήλιον a κεῖ-μαι.

Adiectiva: ἀ-εκ-ήλιος in Il. XVIII 77:

— παθέειν τ' ἀεκήλια ἔργα

pro usitatiore forma ἀεικέλιος dictum videtur, quae licentia metri causa a poeta in usum vocata est. γαμ-ήλιος a γαμο- (γάμος) vel γαμ-έ-ω.

d) -ιλιο.

βλωμ-ίλιοι (ἄρτοι), Ath. III 114 e, a βλωμο- (βλωμός). κυρ-ίλλιον, Poll. 10, 68, cuius etymologia aliunde non nota est, fortasse nulli alii voci originem debet nisi γυρός (γυρο-), quarum utraque a rad. κυρ κυλ (κυρ-τός cur-vus) manavit. -ιλλιον vero fortasse pro -υλλιον dissimilationis gratia propter υ radicis positum est, cum alias non -ίλλιον, sed -ύλλιον ad neutra fingenda adhibeatur, quae deminutionis significatione utuntur.

e) -υλλιον.

ἀνθ-ύλλιον ab ἀνθες- (ἄνθος). βαρ-ύλλιον a βαρες- (βάρος). βρεφ-ύλλιον a βρεφες- (βρέφος). δορ-ύλλιον a δορατ- (δόρυ). εἰδ-ύλλιον ab εἰδες- (εἶδος). ἐπ-ύλλιον ab ἐπες- (ἔπος). ζω-ύλλιον a ζωο- (ζωόν). μειρακ-ύλλιον a μειρακ- (μεῖραξ). ξεν-ύλλιον a ξενο- (ξένος).

f) -ωλιο.

αἰγ-ωλιός vel αἰγ-ώλιος verisimiliter a st. αἰγ-, quae quidem apta videtur ad avem significandam, quae velut procella volitat. ἐδ-ώλιον a rad. ἐδ- sad, quo etiam Hesychii illud φειδώλιον· δίφρος referendum videtur, ubi φ eadem ratione ex *F* (*F*εδώλιον ἑδώλιον) est exortum, atque in φειδίτια pro *F*ιδίτια ab ἕδος, cf. Pott. KZ. V 240. ἐδωλιός vero (avis quaedam) in ἐρωδιός corrigendum videtur. ῥακωλέον (ῥάκος Hes.) certe cum Lob. Path. p. 135 in ῥακώλιον est mutandum, cum aliunde terminatio -ωλέο non sit cognita, a ῥακες- (ῥάκος).

Adiectiva sunt: ἀσκ-ώλιος, cuius plur. τὰ ἀσκώλια extat, ab ἀσκο- (ἀσκός), quod si probatur, Pottii iudicium KZ. VI 361 repulsam fert, qui propterea, opinor, quod in Verg. Georg. II 383:

atque inter pocula laeti
mollibus in pratis unctos saliere per utres

legitur, vocem ex ἀσκο et ἁλ compositam esse arbitratur. Denique ἀνεμ-ώλιος ab ἀνεμο- (ἄνεμος), quod Buggius KZ. XX 45 falso ex ἀνεμώνιος demum exortum esse putat. Immo sane habet, quo Duentzeri KZ. XII 5 opinio se commendet, ἀνεμώλιος a voce inusitata *ἀνεμωλή repetendum esse, quae ex ἄνεμος (ἀνεμο-) aeque prodierit atque θερμωλή a θερμός (θερμο-). Μεταμώνιος enim, quod cum etiam μεταμώλιος scriptum inveniatur Buggius ad confirmandam suam sententiam affert, certe nihil probat, quippe quod non ex μετανεμώνιος sit natum, sed ex praepositione μετά et μωνιός· μάταιος, ἀχρεῖος (Hes.).

Quibus absolutis patet suffixum -λο et radicibus et thematibus sive solum sive vocali aliqua interiecta appositum in lingua Graeca iam inde a primis initiis usque ad ultima tempora, ubi voces ex analogia demum antiquorum vocabulorum fingebantur, suum locum obtinuisse. Nonnumquam sane dissimilationis, quae dicitur, lex pro -λο etiam -ρο auxilio vocavit, sed ne hoc quidem ubique observari potest, cum et in lingua skr. e. g. litera r vocis çrî propter ipsum insequens -la in l mutatum sit, ut çlîla evadat, et in lingua Graeca multae voces inveniantur, quae in radice vel stirpe praebent et nihilo setius suffixum -ρο exhibent, velut καρφ-ηρός Eur. (usitatius et antiquius καρφ-αλέος Hom.), καρυ-ηρός, ἁμαρτ-ηρός, θερμ-ηρός, κοπρ-ηρός, ὀμβρ-ηρός, πυργ-ήρης, οὐρ-ηρός, ὑδρ-ηρός quod ex Aesch. frgm. in Bekk. Anecd. Graec. 115, 3 laudatur, cum iam ap. Hom. ὑδρ-ηλός extet, βοτρυ-ηρός, δακρυ-ηρός τεταρτηρός al. Propriam vero viam suffixum -λο est ingressum, cum non solum adiectiva in -αλέος verum etiam nomina in -ίλο -ύλο al. et verba a nominibus formata in -άλλειν -έλλειν -ίλλειν -ύλλειν desinentia fingeret, quorum similia litera ρ formata non extant. Nam quamquam non desunt adiectiva in -άρεος terminata (non in -αρέος), tamen semper a substantivis demum formata sunt, ut eorum qualitatem exprimant, quod alienum est ab adiectivis in -αλέος exeuntibus, quae cum et a nominibus et a verbis deriventur, ut iam supra demonstratum est, non solum significationem prae se ferunt ‚praeditum vel affectum esse aliqua re‘, verum etiam ‚facultatem vel inclinationem aliquid faciendi.‘ In quo haec ipsa res mihi occasio sit sententiae reiiciendae, quam Buggius cum de aliis nominibus suffixo -λο formatis tum de his ipsis adiectivis in -αλέος deflexis tulit. Qui quidem in KZ. XX 43 postquam probare studuit φιλο- ex φινο- (σφιν svas) ortum esse, -αλεο ex ανjο, ut iam supra indicavimus, prodiisse contendit. Ad quod iudicium L. Meyerum Vergl. Gr. II 461 secutus propterea commotus est, quod in nonnullis vocibus praeter -αλεο etiam νο invenitur, velut καγκ-αλέος et κάγκανος, ὀπταλέος et ὀπτανός, ἑψαλέος et ἑψανός, θηγαλέος et θηγάνεον, ἀζαλέος et ἀζάνω ἀζαίνω, αὐαλέος et αὐαίνω, ἰκμαλέος et ἰκμαίνω, οἰδαλέος et οἰδαίνω, κερδαλέος et κερδαίνω. Eligamus exemplum ὀπταλέος, quod iam apud Homerum invenitur. Num ex ὀπτανός ortum esse potest, quod apud Aristotelem et Sotadem demum invenitur? Quid, quod non pauca eorum, quae iam antiquissimo tempori adscribenda sunt, nullas omnino similes formas in -νο (-αίνω)

terminatas exhibent? Persuasum igitur nobis est et -αλεο et -νο suo quodque munere functum nec alterum ex altero profectum esse. Atque adjutum me video Curtii (Curt. Stud. VI 425—431) disputatione, qui et ipse transitum illum ν in λ, ut Buggius explicat, suspectum habet. Iam vero -ιλο suffixum -ιρο aemulum non habet; nam, ut singula exempla afferam, substantiva κορθίλη, ναυτ-ίλος, τρόχ-ιλος, ἄργιλλα al. et adiectiva ξύσ-ιλος, κωτ-ίλος, θαψ-ιλός al. analogia suffixi -ιρο carent. Ac deminuendi vis, quae iam ab αλο αλλο, et ιλο ιλλο non abhorret, luculentissime in suffixo -υλο -υλλο patefit, quod non ita in -υρο cadit. Nam quaecumque vocabula in -υρος desinentia inveniuntur, sive primaria, ut ἀήσ-υρος, βλοσ-υρός, ἐχ-υρός, λαμ-υρός, sive secundaria, ut ἰσχ-υρός ab ἰσχύ-ς, θάμ-υρος a θαμύ-ς, λιγ-υρός a λιγύ-ς, μάρτ-υρος a μάρτυ-ς, μωλ-υρόν a μῶλυ-ς (cf. Schneider ‚de nom. Gr. in -ρος terminatis' p. 47) nusquam certam illam significationem expressam videmus. Vis igitur illa deminuendi, blandiendi, contemnendi, quae iam in lingua skr. passim suffixo -la exprimitur, et in lingua Graeca praecipue apud poetas comicos increbuisse videtur, terminationi -λο reservata est.

Paulus Renisch

de vita sua.

Natus sum Nissiae a. d. VIII Id. Febr. anni h. s. LIII patre Augusto, matre Maria e gente Mareck, quos ambos adhuc vivos veneror. Fidei adscriptus sum evangelicae. Infante me unius fere et dimidii anni pater Vratislaviam transmigravit, ubi cum in ludo literario primis elementis imbutus essem, duodecimum annum agens in gymnasium Elisabetanum receptus sum, quod etiamnunc auspiciis Caroli Fickert floret. Cuius ordinibus per octo annos transcursis testimonium maturitatis adeptus et mense Oct. anni h. s. LXXII Universitatis Viadrinae ordini philosophorum adscriptus sum. Per octo semestria audivi scholas vv. ill. Dilthey, Förster, Hertz, Neumann, Pfeiffer, Pischel, Reifferscheid, Rossbach, Rückert, A. Schultz, Stenzler. Et proseminarii et seminarii regii philologici consessibus, quos moderabantur vv. ill. Hertz, Reifferscheid, Rossbach, per quinque semestria interfui atque etiam exercitationum archaeologicarum Rossbachii, philologicarum Försteri, palaeographicarum A. Schultzii, germanicarum Pfeifferi, sanscriticarum Stenzleri et Pischelii particeps fui, quibus omnibus gratias ago quam maximas.

Theses.

1. Lacunam in Orph. Argon. v. 49: πεύσῃ ἀφ' ἡμετέρης ἐνοπῆς, ἃ πρὶν. ἔκευθον sic explendam esse censeo: πεύσῃ . . . ἃ πρίν γε σ' ἔκευθον.
2. Plin. nat. hist. XXXIIII § 14 sic legi velim: ‚Ex aere factitavere et cortinas tripodum nomine ac Delphicas, quod aeratae maxime Apollini Delphico dicabantur. placuere et lychnuchi pensiles in delubris aut arborum mala ferentium modo lucentes, quale est in templo Apollinis Palatini (anathema), quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem deo.
3. Plin. nat. hist. XXXIIII, § 19 pro ‚Equestres utique statuae Romanam celebrationem habent‘ legerim ‚...Romae magnam celebrationem habent.‘
4. In Il. XVIII v. 576 πὰρ ποταμὸν κελάδοντα, παρὰ ῥοδανὸν δονακῆα pro ῥοδανόν legi velim ῥαδαλόν.